An. et vol. XXXII 19 Novembris 1940 (Ser. II, v. VII) - Num. 12

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

SUMMARIUM

Acta Pii Pp. XII: Constitutiones Apostolicae, p. 465 - Litterae Apostolicae, p. 478 - Epistulae, p. 485 - Allocutiones, p. 492.

Acta SS. Congregationum: *S. S. C. S. Officii*: Decretum, p. 502 - *S. C. Consistorialis*: I. Provisio Ecclesiarum, p. 502. II. Designatio, p. 503 - *S. C. de Propaganda Fide*: Decreta, p. 504 - *S. C. Rituum*: Decreta, p. 507.

Appendix: *Tribunal Vicariatus Urbis*: Citatio edictalis, p. 522.

Diarium Romanae Curiae: Udienza solenne - S. C. dei Riti: Congregazioni varie - Segreteria di Stato: Nomine e Onorificenze - Necrologio, pp. 523-528.

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS

M · DCCCC · XL

Directio:
Palazzo Apostolico — Città del Vaticano
Administratio:
Libreria Vaticana — Città del Vaticano

Pretium annuae subnotationis:
In Italia, Lib. 35 — extra Italiam, *L. it.* 55 —
Pretium unius fasciculi:
In Italia, Lib. 4 — extra Italiam, *L. it.* 4,50

« *Bis fere in mense* (Commentarium) *prodibit ac quotiescumque vel necessitas vel utilitas id postulare videbitur* » (Ex *Commentarii Officialis* ratione, die 29 Octobris 1908 edita).

INDEX HUIUS FASCICULI

(An. XXXII, n. 12 - 19 Novembris 1940)

ACTA PII PP. XII

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

PAG.

I. *De Fushun.* - Praefectura Apostolica de Fushun in Manciuria in Vicariatum Apostolicum extollitur. - *13 Februarii 1940* 465

II. *De Gimma* (Endeberensis). - E Vicariatu Apostolico de Gimma pars selungitur et nova erigitur Praefectura Apostolica « Endeberensis ». - *13 Februarii 1940* 467

III. *De Neghelli et de Gimma* (Hosannensis). - A Praefectura Apostolica de Neghelli et a Vicariatu Apostolico de Gimma territorii pars selungitur et nova exinde Praefectura Apostolica, nomine « Hosannensis », erigitur, quae Fratrum Minorum Capuccinorum Ordini concreditur. - *13 Februarii 1940* 468

IV. *Sancti Caroli Ancudiae* (De Aysen). - Ex Dioecesis S. Caroli Ancudiae territorio meridionalis pars selungitur, quae in novam erigitur Praefecturam Apostolicam « de Aysen » nuncupandam. - *17 Februarii 1940* . . 470

V. *Truxillensis* (Piurensis). - A Dioecesi Truxillensi in Peruana Republica territorii pars selungitur, ex qua nova erigitur Dioecesis, « Piurensis » nuncupanda, Metropolitanae Ecclesiae Limanae suffraganea. - *29 Februarii 1940* 472

VI. *De Kiamusze.* - Missio sui iuris de Kiamusze in Manciuria in Praefecturam Apostolicam erigitur. - *9 Aprilis 1940* 475

VII. *Sassandrensis.* - E Vicariatu Apostolico a Litore Eburneo territorii pars selungitur et novus erigitur Vicariatus Apostolicus Sassandrensis. - *9 Aprilis 1940* 476

LITTERAE APOSTOLICAE

I. *Pietatis honorisque cultus.* - Templum Bonaërensi in urbe Spiritui Sancto dicatum Basilicae Minoris titulo et privilegiis honestatur. - *30 Aprilis 1940* 478

II. *Beati pauperes spiritu.* - Venerabilis Dei Servus Ignatius a Laconi, Ordinis Minorum Capuccinorum laicus professus, Beatus renuntiatur. - *16 Iunii 1940* 479

III. *Boliviauae ditionis.* - Basilicae Minoris honoribus decoratur templum-sanctuarium Beatae Mariae Virginis de « Copacabana », intra fines Dioecesis Pacensis in Bolivia. - *2 Iulii 1940* 484

EPISTULAE

I. *Perquam gratum.* - Ad Emum P. D. Dyonisium Tit. Ss. Nerei et Achillei S. R. E. Presb. Cardinalem Dougherty, Archiepiscopum Philadelphiensem, quinquagesimum ab inito sacerdotio annum feliciter explentem. - *15 Aprilis 1940* 485

PAG.

II. *Quarto revoluto saeculo.* - Ad Excmum P. D. Hyacinthum Tredici, Episcopum Brixiensem: quarto expleto saeculo ab obitu Sanctae Angelae Mericiae, Monialium Sanctae Ursulae institutricis. - *23 Maii 1940* . . 486

III. *Certiores nuper.* - Ad Emum P. D. Iosephum Tit. S. Ioannis ad Portam Latinam S. R. E. Presbyterum Cardinalem MacRory, Archiepiscopum Armachanum, annum a suscepto episcopatu quintum et vigesimum celebraturum. - *15 Iulii 1940* 488

IV. *Septimo labente saeculo.* - Ad R. P. Alaphridum Scotti, Ordinis B. Mariae de Mercede Redemptionis Captivorum Magistrum Generalem: VII exeunte saeculo ab obitu Sancti Raymundi Nonnati atque a martyrio Beati Serapionis. - *15 Iulii 1940* 489

V. *Perlibenter novimus.* - Ad Emum P. D. Iacobum Aloysium Tit. Sancti Hieronymi Illyricorum S. R. E. Presb. Cardinalem Copello, Archiepiscopum Bonaërensem, quem Legatum mittit ad Conventum Eucharisticum e tota Argentina Republica in urbe Sanctae Fidei celebrandum. - *14 Septembris 1940* 490

VI. *Libenti quidem animo.* - Ad Excmum P. D. Ferdinandum Cento, Archiepiscopum tit. Seleuciensem Pierium et Nuntium Apostolicum in Peruviana Republica, quem Legatum mittit ad II Congressum Eucharisticum e tota Peruviana Natione Arequipae cogendum. - *21 Septembris 1940* . . 491

ALLOCUTIONES

I. Summus Pontifex adulescentibus ab Actione Catholica, ex Italiae dioecesibus Romam in Aedes Vaticanas die 10 mensis Novembris a. 1940 convenentibus, haec verba fecit 492

II. Ad Legatum Rumeniae. - *15 Novembris 1940* 500

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SUPREMA S. CONGREGATIO S. OFFICII

Decretum. Proscriptio libri. - *6 Novembris 1940* 502

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I. Provisio Ecclesiarum 502

II. Designatio Ordinarii pro appellatione . 503

S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

I. *De Oubangui-Chari* (Ranguensis). - Decretum. Nominis mutationis. - *28 Maii 1940* 504

II. *Ranguensis - De Brazzaville.* - Decretum. Dismembrationis et unionis. - *28 Maii 1940* 505

III. *De Hangchow - De Lishui.* - Decretum. Dismembrationis et unionis. - *25 Iunii 1940* 506

(Segnitur pag. 3)

An. et vol. XXXII 19 Novembris 1940 (Ser. II, v. VII) – Num. 12

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XII

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

DE FUSHUN

PRAEFECTURA APOSTOLICA DE FUSHUN IN MANCIURIA IN VICARIATUM APOSTOLICUM EXTOLLITUR.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ad potioris dignitatis gradum merito evehitur ab Apostolica Sede quaevis enascens inter infideles gentes ecclesia, quae dominici gregis et missionalium operum frequentia non mediocres consecuta sit profectus. Quod quidem, uti Nobis relatum est, feliciter, Deo favente, evenit in Praefectura Apostolica de Fushun in Manciuria, quae Apostolicis Litteris a fel. rec. Pio Papa Undecimo, Decessore Nostro, die quarta mensis Februarii, anno millesimo nongentesimo trigesimo secundo erecta, impigra opera et indefesso studio Evangelii praeconum Societatis de Maryknoll pro Missionibus exteris, cui Praefectura illa est concredita, quamvis inter gravissima aliquando pericula et labores plurimos, laetum paucis annis incrementum fecit, et laetioris in dies spem affert. Quare de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio, praehabito venerabilis Fratris Augusti Gaspais, Episcopi Titularis Canopitani et Vicarii Apostolici de Kirin, qui ex Apostolicae Sedis mandato negotia

curat Catholicarum Missionum apud Manciurianum Gubernium, favorabili voto, praefatae Praefecturae in Vicariatum Apostolicum evectionem a venerabili Fratre Iacobo Eduardo Walsh, Episcopo Titulari Satensi, Societatis de Maryknoll Moderatore Generali, expostulatam, a Nobis, re mature perpensa, admitti censuimus. Suppleto igitur, quatenus opus sit, aliorum, quorum intersit vel eorum, qui sua interesse praesumant, consensu, de Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, Praefecturam de Fushun in Vicariatum Apostolicum, eodem servato nomine, erigimus et constituimus, et illum, ut antea, praefatae Societati de Maryknoll concreditum volumus, ad Nostrum tamen et Apostolicae Sedis beneplacitum. Novo idcirco Vicariatui Apostolico de Fushun seu Fushunensi eiusque pro tempore Vicariis Apostolicis omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceteri per orbem Vicariatus Apostolici eorumque Praesules iure communi fruuntur et gaudent, eosque pariter iisdem adstringimus oneribus et obligationibus quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia, uti supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuslibet minime obstantibus. Harum autem Litterarum transumptis aut excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce praesentibus haberetur, si exhibitae vel ostensae forent. Nemini vero hanc paginam evectionis, erectionis, constitutionis, commissionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis autem ausu temerario id attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo quadragesimo, die tertiadecima mensis Februarii, Pontificatus Nostri anno primo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius S. R. E.

P. Card. FUMASONI BIONDI
S. C. de Propaganda Fide Praef.

Ioseph Wilpert, *Decanus Collegii Proton. Apost.*
Alfridus Vitali, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Canc. Ap., Vol. LXIII, n. 9. - Al. Trussardi.

II

DE GIMMA
(ENDEBERENSIS)

E VICARIATU APOSTOLICO DE GIMMA PARS SEIUNGITUR ET NOVA ERIGITUR PRAEFECTURA APOSTOLICA « ENDEBERENSIS ».

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quo intra fines Africae Orientalis Italicae evangelizationis operi aptius consuli possit, peropportunum visum est e Vicariatus Apostolici de Gimma territorio partem seiungere, quae in novam Praefecturam Apostolicam erigatur. De venerabilium itaque Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio, ac suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, re mature perpensa, illam Apostolici quem supra diximus Vicariatus de Gimma Sodalibus Instituti Missionum a Consolata concrediti, partem quae totam regionem *Guraghe-Hadia* complectitur, quaeque ob novissimam limitum civilium definitionem in territorio Gubernii civilis de *Scioa* sita est, suprema auctoritate Nostra ex eiusdem Vicariatus territorio distrahimus et in novam Praefecturam Apostolicam erigimus et constituimus eamque *Endeberensem* vocari iubemus et sollertibus Evangelii Praeconum ex Ordine Fratrum Minorum Capuccinorum curis committimus, ad Nostrum tamen et Sedis Apostolicae beneplacitum. Novae autem Praefecturae huic Endeberensi eiusque pro tempore Praefectis Apostolicis omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceterae per orbem Praefecturae earumque Praesules iure communi fruuntur et gaudent, eosque pariter iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia, uti supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuslibet minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis sigilloque munitis alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce Litteris tribueretur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam dismembra-

tionis, erectionis, commissionis, concessionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero id ausu temerario attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo quadragesimo, die tertia decima mensis Februarii, Pontificatus Nostri anno primo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius S. R. E.

P. Card. FUMASONI BIONDI
S. C. de Propaganda Fide Praef.

Alfonsus Carinci, *Proton. Apost.*
Arthurus Mazzoni, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Canc. Ap., vol. LXIII, n. 5. – Al. Trussardi.

III

DE NEGHELLI ET DE GIMMA (HOSANNENSIS)

A PRAEFECTURA APOSTOLICA DE NEGHELLI ET A VICARIATU APOSTOLICO DE GIMMA TERRITORII PARS SEIUNGITUR ET NOVA EXINDE PRAEFECTURA APOSTOLICA, NOMINE « HOSANNENSIS », ERIGITUR, QUAE FRATRUM MINORUM CAPUCCINORUM ORDINI CONCREDITUR.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quae utilia ad catholicam religionem facilius ac citius inter infideles populos diffundendam dignoscuntur, ea Apostolica Sedes comparare satagit. Quod quidem considerantes, Nos alteris Nostris sub plumbo Litteris *Quo intra fines,* hac ipsa die datis, a Vicariatu Apostolico de Gimma territorii partem seiunximus et novam ereximus Praefecturam Apostolicam Endeberensem. Per praesentes vero Litteras Nos, eadem causa adducti, quo aptius, videlicet, evangelicae luci in regione ipsa dilatandae consulatur, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E.

Cardinalium S. Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio alteram ibi Praefecturam Apostolicam erigere, Ordini Fratrum Minorum Capuccinorum, cuius sodales in quibusdam Vicariatus Apostolici de Gimma regionibus sedulo iam adlaborant, concredendam opportunum duximus. Quapropter, re mature perpensa, ac suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, suprema Nostra auctoritate a Praefecturae Apostolicae de *Neghelli* territorio illam regionis de *Gambattà* partem ad sinistram ripam fluminis *Billate* sitam; a Vicariatu de Gimma totam regionem de *Gambattà-Gudella* nec non parvam territorii populorum *Uollamo* partem distrahimus, atque ita avulsum territorium in novam Praefecturam Apostolicam nomine *Hosannensem* erigimus et constituimus, cuius limites ad meridianam coeli partem spectantes, ab occasu solis ad orientem, hi erunt. In primis linea separans territorium quod tribus *Coiscia* incolunt, quodque ad novam ipsam Praefecturam pertinebit, a tribuum *Kindo* et *Ofa* territorio, quod sub iurisdictione Vicariatus de Gimma manebit; dein dextera *Lintala* fluminis ripa usque ad locum, quo *Arada* torrens in idem flumen influit; inde dextera ipsius torrentis ripa (ita ut septentrionalis pars urbis cui nomen *Soddu* ad novam Praefecturam, meridionalis vero ad Vicariatum de Gimma pertineat) usque ad eiusdem torrentis scaturigines; hinc linea recta cacumen *Damotà* montis pertransiens usque ad fontes *Bathara* fluminis; denique sinistra huius fluminis ripa usque ad locum, quo ipsum in *Billate* flumen influit. Novam hanc Praefecturam Hosannensem Ordini Fratrum Minorum Capuccinorum, ad Nostrum tamen et Apostolicae Sedis beneplacitum, committimus, certam foventes spem eiusdem Ordinis sodales indefesso studio ad Christi regnum illic dilatandum etiam in posterum adlaboraturos. Eidem autem Praefecturae eiusque pro tempore Praefectis Apostolicis omnia tribuimus iura, privilegia, facultates et potestates, quibus ceterae per orbem Praefecturae earumque Praesules iure communi fruuntur et gaudent, eosque iisdem adstringimus oneribus et obligationibus quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia, ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuslibet minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis vel excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis ac sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce Litteris tribueretur si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam dismembrationis, erectionis, concessionis, statuti, decreti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero id ausu temerario attentare

praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo quadragesimo, die tertiadecima mensis Februarii, Pontificatus Nostri anno primo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius S. R. E.

P. Card. FUMASONI BIONDI
S. C. de Propaganda Fide Praef.

Alfonsus Carinci, *Proton. Apost.*
Arthurus Mazzoni, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Canc. Ap., vol. LXIII, n. 6. - Al. Trussardi.

IV

SANCTI CAROLI ANCUDIAE
(DE AYSEN)

EX DIOECESIS S. CAROLI ANCUDIAE TERRITORIO MERIDIONALIS PARS SEIUNGITUR, QUAE IN NOVAM ERIGITUR PRAEFECTURAM APOSTOLICAM « DE AYSEN » NUNCUPANDAM.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Alteris Nostris sub plumbo Litteris *Summi Pontificatus,* die prima mensis Aprilis, superiore anno, datis, ex amplissimo Dioecesis S. Caroli Ancudiae territorio partem seiunximus et novam constituimus Dioecesim *Portus Montt* nuncupatam. Iamvero Dioecesis illa, licet territorio sic imminuta, tam late adhuc patet ut eius Pastor vix sua munera exercere valeat; quare ab hac Apostolica Sede expostulatum est ut ex eadem Dioecesi meridionalis dismembraretur pars in Praefecturam Apostolicam erigenda, sub S. Congregationis de Propaganda Fide ditione ponenda. Nos vero, initis cum dilecto Filio Nostro Carolo Cardinale Rossi, S. Congregationis Consistorialis a Secretis, consiliis, probe noscentes quantum id maiori fidelium in regione illa degentium spirituali bono respondeat, oblatas Nobis preces libenter excipiendas duximus. Suppleto igitur, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesu-

mant consensu, apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, a S. Caroli Ancudiae Dioecesis territorio meridionalem partem, quae sedulis iam Ordinis Servorum Mariae sodalium curis est concredita, seiungimus eamque in novam erigimus et constituimus Praefecturam Apostolicam, *de Aysen* nuncupandam, cuius fines hi erunt: Ad septentrionem, flumen a montium vulgo *Cordillera de Andes* iugo, per lacum *El Cuerno* et aestuarium *Renihue,* usque ad sinum *Corcovado* decurrens; ad meridiem, Vicariatus Apostolici Magellanensis territorium; ad orientem, limites civiles Reipublicae Chilensis; ad occidentem, Oceanus Pacificus, insulis *Guafo, de los Chonos* et aliis adiacentibus inclusis. Novam hanc *de Aysen* Praefecturam S. Congregationis de Propaganda Fide ditioni subiectam volumus; eique eiusque pro tempore Praefectis Apostolicis omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceterae per orbem Praefecturae earumque Praesules iure communi fruuntur et gaudent, illosque iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia, ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuslibet minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis ac sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce Litteris haberetur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam dismembrationis, erectionis, concessionis, subiectionis, statuti ac voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero id ausu temerario attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo quadragesimo, die decima septima mensis Februarii, Pontificatus Nostri anno primo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius S. R. E.

P. Card. FUMASONI BIONDI
S. C. de Propaganda Fide Praef.

Ioseph Wilpert, *Decanus Collegii Proton. Apost.*
Alfridus Vitali, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Canc. Ap., Vol. LXIII, n. 25. – Al. Trussardi.

V

TRUXILLENSIS
(PIURENSIS)

A DIOECESI TRUXILLENSI IN PERUANA REPUBLICA TERRITORII PARS SEIUNGITUR, EX QUA NOVA ERIGITUR DIOECESIS, « PIURENSIS » NUNCUPANDA, METROPOLITANAE ECCLESIAE LIMANAE SUFFRAGANEA.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ad christianae plebis spirituale bonum facilius assequendum, curare debemus, pro supremi apostolatus officio Nobis divinitus commisso, ut e quavis dioecesi, quae ob nimiam amplitudinem et fidelium frequentiam ab uno, vel vigilantissimo, Pastore vix regi possit, territorii pars seiungatur ad novam exinde dioecesim constituendam, alteri Antistiti concredendam. Libenter itaque, praehabito favorabili voto venerabilis Fratris Fernandi Cento, Archiepiscopi titularis Seleuciensis Pierii, Nuntii Apostolici apud Peruvianam Rempublicam, excipiendas duximus preces, quibus ab hac Apostolica Sede expostulatum est ut, ad maiorem christifidelium utilitatem, a dioecesi Truxillensi, quae latissime patet, territorii pars separetur ex qua nova dioecesis erigatur. Re igitur mature perpensa, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, a dioecesi illa Truxillensi territorii partem distrahimus, districtus civiles *Piura* et *Tumbes* complectentem, quam in novam erigimus et constituimus dioecesim, a *Piura* urbe « *Piurensem* » nuncupandam. Huius novae dioecesis episcopalem sedem in *Piura* urbe, a qua, uti diximus, dioecesis ipsa nomen mutuatur, statuimus, ipsamque urbem proinde ad civitatis episcopalis fastigium extollimus eique omnia tribuimus iura et privilegia, quibus ceterae episcopales civitates pollent. Episcopi vero cathedram in ecclesia, Deo in honorem S. Michaëlis Archangeli dicata, in eadem urbe exstante, figimus, quam ad Cathedralis Ecclesiae gradum et dignitatem evehimus, eique propterea et Piurensibus pro tempore Antistitibus omnia item concedimus iura, privilegia, honores, insignia, favores et gratias, quibus ceterae Cathedrales Ecclesiae earumque Praesules iure communi fruuntur, illosque pariter iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Dioecesim

vero Piurensem suffraganeam constituimus Metropolitanae Ecclesiae Limanae, eiusque pro tempore Episcopos metropolitico Archiepiscoporum Limanorum iuri subiicimus. Quum autem praesentis temporis adiuncta haud permittant quominus in nova ista dioecesi Canonicorum Capitulum modo instituatur, indulgemus ut interim, pro Canonicis, dioecesani Consultores ad iuris tramitem eligantur et adhibeantur. Mandamus insuper ut, quamprimum fieri poterit, in dioecesi Piurensi saltem parvum Seminarium iuxta Codicis iuris canonici praescripta et normas a S. Congregatione de Seminariis et Studiorum Universitatibus traditas erigatur, itemque ut eiusdem dioecesis sumptibus bini delecti iuvenes in sortem Domini vocati, aut modo saltem unus, in Pontificium Seminarium Pium Latinum de Urbe non intermissa vice mittantur, ut sub oculis fere Romani Pontificis doctrina ac pietate imbuantur. Quod autem attinet ad huius dioecesis regimen et administrationem, ad Vicarii Capitularis, sede vacante, electionem, ad clericorum et fidelium iura et onera aliaque huiusmodi, adamussim servanda iubemus quae sacri canones ad rem praescribunt. Quod vero ad clerum peculiariter spectat, statuimus ut simul ac hae Litterae Nostrae de huius dioecesis erectione ad exsecutionem deductae fuerint, eo ipso eidem censeantur adscripti clerici, qui in eius territorio legitime degunt. Episcopalem novae dioecesis mensam constituent Curiae emolumenta, et oblationes, quae a fidelibus praeberi solent, praeter ea quae ad hoc iam collecta sunt. Volumus autem ut omnia documenta et acta, quae erectam dioecesim eiusque clericos et fideles respiciunt, eius episcopali Curiae, quamprimum fieri possit, a Truxillensis dioecesis Cancellaria tradantur, ut inibi diligenter serventur. Ad quae omnia ut supra disposita et constituta exsecutioni mandanda venerabilem quem supra diximus Fratrem Ferdinandum Cento, apud Peruvianam Rempublicam Nuntium Apostolicum, deligimus eique propterea omnes tribuimus ad id necessarias et opportunas facultates, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum eidemque onus facimus authenticum peractae exsecutionis actorum exemplar ad S. Congregationem Consistorialem quam primum transmittendi. Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque, etiam ex eo quod quilibet quorum intersit, vel qui sua interesse praesumant, etiam si specifica et individua mentione digni sint, auditi non fuerint vel praemissis non consenserint, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio, licet substantiali et inexcogitato, defectu notari, impugnari vel in controversiam vocari posse, sed eas, tamquam ex certa scientia et potestatis plenitu-

dine factas et emanatas, perpetuo validas exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere, et, si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum prorsus et inane esse et fore volumus ac decernimus; non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus universalibusque Conciliis editis, generalibus vel specialibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis, et quibusvis aliis Romanorum Pontificum, Praedecessorum Nostrorum, dispositionibus, ceterisque contrariis, etiam speciali mentione dignis, quibus omnibus per praesentes derogamus. Volumus denique ut harum Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce Litteris tribueretur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam dismembrationis, erectionis, concessionis, subiectionis, statuti, mandati, decreti, delegationis, derogationis et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero id ausu temerario attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo quadragesimo, die vigesima nona mensis Februarii, Pontificatus Nostri anno primo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius S. R. E.

Fr. RAPHAEL C. Card. ROSSI
S. C. Consistorialis a Secretis.

Alfridus Vitali, *Proton. Apost.*
Vincentius Bianchi Cagliesi, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Canc. Ap., Vol. LXIII, n. 16. – Al. Trussardi.

VI

DE KIAMUSZE

MISSIO SUI IURIS DE KIAMUSZE IN MANCIURIA IN PRAEFECTURAM APOSTOLICAM ERIGITUR.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Si apostolico Evangelii Praeconum studio aliqua inter infideles gentes Missio praeclara, Deo favente, susceperit incrementa, digna sane est, quae ad maiorem dignitatis gradum evehatur. Quum itaque in Missione *sui iuris* de Kiamusze in Manciuria, anno millesimo nongentesimo vicesimo octavo sub *de Ilan* nomine erecta et anno millesimo nongentesimo tricesimo quarto Ordini Fratrum Minorum Capuccinorum concredita, tribus post annis de Kiamusze nuncupata, per indefessum arduumque illius Ordinis Missionariorum laborem ita praeparatum sit evangelico semini inaratum fere solum, ut laetiorum salutis fructuum certa iam foveatur spes, venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus S. Congregationi Christiano Nomini Propagando praepositis opportunum visum est Missionem illam ad Praefecturae Apostolicae gradum extollendam. Nos vero, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, venerabilium illorum Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium sententiam lubenti animo excipientes, suprema Nostra potestate Missionem *sui iuris* de Kiamusze, eodem quo nunc audit nomine appellandam, in Praefecturam Apostolicam erigimus et constituimus eamque, uti antea, ad Nostrum tamen et Sanctae Sedis beneplacitum, sollertibus Ordinis Minorum Capuccinorum sodalium curis concreditam volumus. Novae igitur huic de Kiamusze Praefecturae Apostolicae eiusque pro tempore Praefectis omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceterae per orbem Praefecturae Apostolicae earumque Praesules iure communi fruuntur et gaudent, eosque pariter adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia, uti supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuslibet minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti sigillo munitis, eamdem pror-

sus volumus haberi fidem, quae hisce Litteris haberetur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam evectionis, constitutionis, commissionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero id ausu temerario attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo quadragesimo, die nona mensis Aprilis, Pontificatus Nostri anno secundo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius S. R. E.

P. Card. FUMASONI BIONDI
S. C. de Propaganda Fide Praef.

Ludovicus Kaas, *Proton. Apost.*
Carolus Respighi, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Canc. Ap., Vol. LXIII, n. 27. – Al. Trussardi.

VII

SASSANDRENSIS

E VICARIATU APOSTOLICO A LITORE EBURNEO TERRITORII PARS SEIUNGITUR ET NOVUS ERIGITUR VICARIATUS APOSTOLICUS SASSANDRENSIS.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quo intra fines Vicariatus Apostolici a Litore Eburneo, in Africa Occidentali Gallica, evangelizationis operi aptius consuli possit, perutile visum est latissimum illius territorium bipartire et alium ibidem Vicariatum constituere. Quapropter Nos, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio, re mature perpensa, ac suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, totam Vicariatus praefati a Litore Eburneo territorii partem, ad dexteram *Bandama* fluminis ripam sitam, ea tantum huius regionis parva portione excepta, quae circa locum cui nomen *Tiassalé*, quamvis in ipsa dextera ripa *Bandama* fluminis

exstet, ad districtum tamen civilem de *Abidjan* pertinet, seiungimus ac separamus, atque territorium ita efformatum in novum Vicariatum Apostolicum erigimus et constituimus, eumque *Sassandrensem*, ab urbis in eodem territorio principis nomine, appellandum decernimus. Novum autem Vicariatum hunc Sassandrensem apostolicis Societatis pro Missionibus ad Afros sodalium curis, qui in regione illa tam sollerter adlaborant, ad Nostrum tamen et Sedis Apostolicae beneplacitum, concredimus; eidemque eiusque pro tempore Vicariis Apostolicis omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceteri per orbem Vicariatus eorumque Praesules iure communi fruuntur et gaudent; eosque pariter iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia, uti supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuslibet minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce praesentibus haberetur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam dismembrationis, erectionis, constitutionis, commissionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero id ausu temerario attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo quadragesimo, die nona mensis Aprilis, Pontificatus Nostri anno secundo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius S. R. E.

P. Card. FUMASONI BIONDI
S. C. de Propaganda Fide Praef.

Franciscus Hannibal Ferretti, *Proton. Apost.*
Arcturus Mazzoni, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Canc. Ap., Vol. LXIII, n. 29. – Al. Trussardi.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

TEMPLUM BONAËRENSI IN URBE SPIRITUI SANCTO DICATUM BASILICAE MINORIS TITULO ET PRIVILEGIIS HONESTATUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Pietatis honorisque cultus quo cristifideles Spiritum Sanctum prosequuntur, spem communem alit hominum societatem ad meliorem frugem se feliciter recepturam. Templa itaque Tertiae e Sanctissima Trinitate Personae dicata, et ea praesertim quae in multorum fidei et caritatis argumentum erecta sint, peculiaribus honestare privilegiis minime dubitamus. Haec inter procul dubio accensenda est sacra aedes quam, eximiis artis operibus renidentem, Bonaërensi in urbe exstruendam curarunt, collaticia stipe, Societatis Verbi Divini Fundator eiusque sodales successoresque, qui etiam nunc paroeciam in templo constitutam sollertissime moderantur. Cum autem Societas eadem quinquagesimum annum proxime celebratura sit ab adventus sui tempore in Argentinam Rempublicam, parochus hodiernus memorati templi Nobis enixas preces adhibuit ut templum idem ad Basilicae minoris gradum evehere dignemur. Amplitudine enim ac pulcritudine conspicuum est sacrum aedificium Bonaërense Spiritui Sancto dicatum in eodemque sacrae functiones per Societatis praelaudatae sacerdotes rite ac devote adimplentur. Huc accedit, quod magni momenti Conlegium pro iuvenibus instituendis ecclesiae sit etiam adiectum, presbyteris quoque creditum, qui una cum aliis domus Societatis sacerdotibus fidelium, qui in sacrum locum frequentissime conveniunt, necessitatibus spiritualibus religiosisque congrue occurrunt. Quae cum ita sint, attenta etiam Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis Bonaërensium Archiepiscopi commendatione amplissima, conlatis consiliis cum Sacra Rituum Congregatione, Apostolica auctoritate Nostra, templum supradictum, quod in Bonaërensi civitate atque archidioecesi Spiritui Sancto dicatum exstitit, Basilicae minoris titulo perpetuum in modum augemus, illique omnia et singula conferimus iura et privilegia, quae rite competunt. Decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare et fore, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectant sive spectare poterunt, plenissime suffragari: sicque rite iudicandum esse et definiendum, irritumque et inane fieri si

quidquam secus super his a quoquam, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXX m. Aprilis an. MCMXXXX, Pontificatus Nostri secundo.

A. Card. MAGLIONE, *a Secretis Status.*

II

VENERABILIS DEI SERVUS IGNATIUS A LACONI, ORDINIS MINORUM CAPUCCINORUM LAICUS PROFESSUS, BEATUS RENUNTIATUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — *Beati pauperes spiritu* a Redemptore Nostro in monte renuntiabantur audientibus bonae voluntatis, *beati mites, beati mundo corde, beati pacifici quoniam filii Dei vocabuntur* (*Matt.*, V, 3-9), atque huiusmodi mirabili nuncio qui fideliter responderent numquam defuerunt, ad exemplum nostri adducendi a primo Ecclesiae aevo ad nostra usque tempora, Iesu Christi asseclae, quibus iugiter maxima gloria fuit illud conscientiae testimonium, *quod in simplicitate cordis et sinceritate Dei et non in sapientia carnali sed in gratia Dei* (*II Cor.*, I, 12) tantum in hoc mundo protulerunt. A servitute corporis liberati, mandatorum mansuetudinis, paupertatis, munditiae cordis, humilitatis, concordiae sectatores isti Iesu praeceptoris nostri imitatores fieri quam maxime conati sunt, nobis omnibus relinquentes exempla plane miranda, quibus *in obedientia caritatis, in fraternitatis amore, simplici ex corde* (*I Petr.*, I, 22) alios ipsi attentius iuxta praescripta Evangelii diligunt atque ab aliis quoque diliguntur. Primis vero Ecclesiae saeculis post Apostolos Sanctos permulti huiusmodi viri habiti sunt mites corde et pauperes spiritu, nulla alia tamen lege nisi evangelica coagmentati; sed postea, a pristino fervore christianorum multitudine quidem excisa, coetus etiam peculiares hominum seu Ordines aptis regulis astricti, Deo opitulante, aliquando in Ecclesia Christi feliciter constituti sunt, earundem virtutum cultores. Quos inter coetus conspicuus est Capuccinorum Ordo, qui quamvis sextodecimo tantum saeculo exortus, sanctum patrem Franciscum Assisiensem, quem Nos ipsi Italiae Patronum nuper declaravimus, ita vestigiis secutus est, ut tot tantisque suis merito gloriari possit fratribus, praesertim laicis, qui, cotidianae vitae demissis quidem angustisque negotiis functi, in simplicitate cordis, in humilitate spiritus, in puritate morum

ut Deo solum inservirent curas omnes suas adhibuerunt. Huiusmodi viris procul dubio est quoque adiungendus Ignatius a Laconi Ordinis praelaudati laicus professus, qui octavo decimo seculo in Sardorum insula perfectionis evangelicae vias mirabiliter aggressus est. Laconensi in oppido archidioecesis Arborensis intra fines a Mathia Cadello Peis et Anna Maria Sanna Casu, piis coniugibus haud divitibus sed aere proprio viventibus, anni millesimi septingentesimi primi mense Decembri natus est Venerabilis Ignatius, cui tamen eiusdem mensis die octavadecima Franciscus, Ignatius, Vincentius nomina ad Sacrum Fontem imposita sunt. Puer adhuc ab aetatis suae nugis alienus, iam severitate morum ac pietate erga Deum enitebat, et vix adolescens ad paroeciae templum, quod domum suam vocabat, cotidie horis etiam antelucanis accedebat, ita ut ad eiusdem ianuas nondum patentes diu exspectare saepissime sub inclementi coelo cogeretur, atque ante fores tum genuflexus oraret. Ieiuniis autem, licet tenui valetudine, suum comprimebat corpus, illud in servitutem redigens; parvoque cibo se solito sustentabat etsi gravibus agrorum laboribus libentem patris adiutor operam daret. Postquam ad Sacram Synaxim primum accessit, mox erga Iesum sub Eucharisticis velis delitescentem amore flagrans ardenti ante Sacramentum Altaris omne tempus a laboribus vacuum impendere adhuc in saeculo solebat, ac postea religiosus factus plures iugiter insumebat horas immobilis, nihil audiens, sensibus quasi destitutus et saepe in ecstasim raptus. Continuo ceterum extra etiam ecclesiam orationi vacabat, et omnia mundi exprobrans summa modestia per vias incedebat aliosque iuvenes ad bonum sollerter alliciebat, deque eius vitae innocentia ita publica erat opinio ut natali in oppido iam vulgo iuvenis sanctus appellaretur. Adolescens religiosam vitam amplectendi in Minorum Capuccinorum Ordine se obstrinxit voto, quod in quodam vitae discrimine positus iterum firmiusque emisit. Quapropter longo itinere pedibus expleto vicesimum annum agens, patre quoque comitante, Caralim venit ut Ordinem eundem ingrediendi veniam a provinciali Capuccinorum Sardiniae rectore acciperet; quod tamen ob corporis gracilitatem, instantissimis tantum precibus, commendaticiis etiam litteris marchionis Laconensis auctis, magna difficultate obtinuit. Missus itaque in calaritanum Sancti Benedicti conventum ut ibidem tyrocinium expleret, eadem in domo, sumpto religioso Ignatii nomine, post regularem novitiatum in humilitate atque obedientia transactum atque etiam, uti fertur, patentibus verbis Beatae Mariae Virginis, cuius parvam statuam in domus scalis servabatur, adiutum, mense Novembri anni millesimi septingentesimi vicesimi secundi sollemnia vota nuncupavit. Mox ad conventum provincialem

Sancti Antonii in eadem civitate translatus, viginti per annos, ut in ea incumberet quae iuxta Ordinis consuetudines fratribus operariis imponi solent, sibi creditum officium in officina lanaria humillimo animo antea gessit; ac munere dein sibi commisso quaeritandi pro conventu stipem per annos circiter quadraginta, usque nempe ad extremum vitae, mirabili modo functus est. Obscurum enim huiusmodi munus ad efficaciam veri apostolatus Frater Ignatius evexit, cum in viis, in plateis, in officinis, in domibus privatis, in urbano portu, in tabernis sui officii quaesitoris causa inter proceres popularesque cotidie versaretur, ac propterea magnam etiam haberet notitiam miseriae omne genus et calamitatum, quibus continenter occurrere conatus est, non modo erga pauperes egenosque pro sua facultate largitionibus, sed et erga omnes consiliis suis atque hortationibus, quibus afflictationes animorum corporumque reficerentur, omniumque aeterna salus procuraretur. Vestibus nonnisi obsoletis ac vetustate detritis indutus, per vias tam aestivo quam hiemali tempore denudato capite incedens, oculos humi defixos tenere consuevit, atque interea Rosarium pie recitare, cum coronam marialem prae manibus semper haberet, ac, numquam animo turbatus molestias atque iniurias patienter ferens, ab inutilibus sermonibus et colloquiis rigide se abstineret. Peculiaribus vero charismatibus instructus, prophetico spiritu donatus, secretorumque cordium scrutator aliquando videbatur, virtute etiam thaumaturgica prodigiisque praeclarus, quibus pauperes, infirmos, afflictosque iuvabat. Illiteratus ipse, lectionem Scripturarum libentissime audiebat ac praesertim Passionis Redemptoris Nostri, quam assidue meditabatur, ita ut alios quoque de necessariis ad salutem edocere posset. Attamen de se demisse sentiebat; et tanquam peccatori, quamvis a peccato quam maxime abhorreret, corpori suo quamlibet dulcedinem et requiem denegavit, illudque flagellis, ieiuniis, laboribus usque ad obitum castigare non desivit; haud faciles interea Capuccinorum regulas austeritatesque adamussim servans, iugiterque in omnibus vitam agens in exemplum adducendam. Simplex in operando, prudens in loquendo, impiger in laboribus, largus etsi pauperrimus in donando, in innocentiae ac puritatis nitore diligentissimus, in orando ita pius ut aliquoties brachiis expansis more Sancti Francisci vel in terram provolutus Deum, Christum Iesum, Beatamque Virginem precaretur. Octogenarius et fere caecus, senectute atque infirmitatibus confectus, cum ad extremum vitae pervenerit et valetudinarium ingressus fuerit, Ecclesiae Sacramenta illico petiit devotissimeque suscepit; atque anni millesimi septingentesimi octogesimi primi die undecima mensis Maii, nempe feria sexta, sicut antea praedixerat, atque hora tertia Redemptoris No-

stri Agoniae sacra post meridiem magna tranquillitate ad Dominum migravit. Venerabilis Famuli Dei corpus ad ecclesiam conventus post mortem delatum est, ibique expositum a civibus calaritanis turmatim per plures dies invisum; et ante Nostrae Dominae Angelorum altare sub ecclesiae memoratae pavimento, postquam sollemnia funebria Capitulo Cathedralis, Magistratu civitatis adstantibus populoque confertissimo acta fuerant, pie conditum est. Sanctitatis vero fama, qua iam dum vitam mortalem agebat Venerabilis Ignatius exornabatur, post eius obitum ac funus in dies vividior apud omnes facta est ob miranda quoque prodigia, quae eiusdem intercessione a Deo patrata ferebantur. Nil mirum itaque si Calaritana in curia processus ordinaria auctoritate de more facti sint, ac recolendae memoriae Decessor Noster Pius Papa IX anno millesimo octingentesimo quinquagesimo quarto manu propria Commissionem Introductionis Causae apud Sacrorum Rituum Congregationem gerendae die quarta mensis Maii signaverit. Inquisitionibus itaque iudicialibus in Famuli Dei vitam resque gestas ad iuris normam expletis, ceterisque omnibus rite absolutis, praefatus Pontifex Noster Decessor, decreto septimo calendas Iunii, anno millesimo octingentesimo sexagesimo nono edito, Venerabilis Dei Servi Ignatii a Laconi virtutes heroicum attigisse fastigium declaravit. Postea suscepta est quaestio de miraculis, quae ipso Venerabili intercedente patrata a Deo ferebantur, sed quoniam huiusmodi in causa, iuxta tenorem Decreti de heroicitate virtutum, quattuor miraculorum probatio requirebatur, rec. mem. Decessor Noster Pius Pp. XI a discussione unius prodigii benigne dispensavit, addito quoque Indulto ut iuridica aliorum trium miraculorum inquisitio unica sessione perageretur. Nos autem, rebus omnibus iudicio severissimo ponderatis, cum eadem vera atque explorata fuerint renuntiata, post Generalem Congregationem, quae coram Nobis die secunda mensis Aprilis anni huius habita est, per decretum tertia dominica post Pascha vertentis anni editum, tria proposita constare miracula pronunciavimus, ulteriusque proinde in casu procedi posse. Illud igitur discutiendum supererat num Venerabilis Servus Dei inter Beatos coelites tuto foret recensendus. Hoc dubium propositum est a dilecto filio Nostro Alexandro Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Verde, hodierno Causae Ponente seu Relatore, in generali Sacrae Rituum Congregationis coetu coram Nobis habito vicesima tertia die memorati mensis Aprilis. omnesque qui aderant tam Purpurati Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi, quam Praelati seu Consultores unanimi suffragio affirmative responderunt. Nos tamen in tanti momenti re Nostram aperire mentem distulimus precesque iterandas esse censuimus, ut ad sententiam in tam

gravi negotio ferendam coeleste auxilium Nobis compararemus. Quod cum impense fecissemus, tandem die tertiadecima mensis Maii nempe post Pentecosten Feria secunda, hoc ipso anno, Eucharistico Sacro rite litato, accitis adstantibusque Venerabili Fratre Nostro Carolo Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Salotti Episcopo Praenestino, Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, nec non Dilecto Filio Nostro Alexandro Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Verde, Causae Relatore, una cum dilectis filiis Salvatore Natucci, generali Sanctae Fidei Promotore, atque Henrico Dante Congregationis Rituum Substituto, *tuto* procedi posse ad sollemnem Venerabilis Famuli Dei Ignatii a Laconi beatificationem auctoritate Nostra pronunciavimus. Quae cum ita sint, Nos, precibus etiam permoti tam Ordinis Minorum Capuccinorum quam Episcoporum et Christifidelium Sardiniae, praesentium Litterarum tenore, auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabilis Dei Servus Ignatius a Laconi, laicus professus Ordinis Minorum Capuccinorum, Beati nomine in posterum nuncupetur, eiusdemque corpus ac reliquiae, quae tamen in sollemnibus supplicationibus non sunt deferenda, publicae fidelium venerationi proponantur, ac praeterea ut in posterum eiusdem Beati imagines radiis decorentur permittimus. Pari quoque Nostra auctoritate concedimus ut de Beato eodem quotannis Officium recitetur et Missa celebretur de Communi Confessoris non Pontificis, cum lectionibus et orationibus propriis per Nos adprobatis, iuxta Missalis et Breviarii Romani rubricas. Huiusmodi vero Officii recitationem ac Missae celebrationem fieri non modo largimur, iuxta morem, in Arborensi archidioecesi ubi Beatus ipse natus est atque in Calaritana cum in eiusdem civitate archiepiscopali migraverit ad Dominum ibique quiescat, sed, Episcoporum totius Sardiniae enixis precibus benigne annuentes, in ceteris etiam omnibus Sardiniae dioecesibus, nec non in templis seu sacellis ubique terrarum sitis, quibus Minorum Capuccinorum Ordo utitur, ab omnibus Christifidelibus qui horas canonicas recitare teneantur, et quod ad Missas attinet a presbyteris omnibus tam e saeculari quam e religioso clero ad templa seu sacella, in quibus festum agatur, convenientibus. Denique largimur ut sollemnia Beatificationis Venerabilis Ignatii a Laconi, servandis servatis, supra dictis in templis seu sacellis celebrentur, diebus legitima auctoritate designandis, intra annum, postquam eadem sollemnia in Sacrosancta Patriarchali Basilica Vaticana fuerint peracta. Non obstantibus Constitutionibus atque Ordinationibus Apostolicis Decretisque de non cultu editis, ceterisque quibuslibet contrariis. Volumus autem ut harum Litterarum Apostolicarum exemplis, etiam impressis, dummodo manu Secretarii Sacrae Rituum Congregationis subscripta

sint atque eiusdem Congregationis sigillo munita, in iudicialibus etiam disceptationibus eadem prorsus fides adhibeatur, quae Nostrae voluntatis significationi, hisce ostensis Litteris, haberetur.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XVI mensis Iunii, anno MCMXXXX, Pontificatus Nostri secundo.

A. Card. MAGLIONE, *a Secretis Status.*

III

BASILICAE MINORIS HONORIBUS DECORATUR TEMPLUM-SANCTUARIUM BEATAE MARIAE VIRGINIS DE « COPACABANA », INTRA FINES DIOECESIS PACENSIS IN BOLIVIA.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Bolivianae ditionis intra fines, in dioecesi Pacensi, exstat antiquum templum-sanctuarium Beatae Mariae Virginis de « Copacabana », quod, septimo decimo saeculo erectum crucis latinae forma, ob amplitudinem suam nec non ob architecturae genus artisque opera sculpta, quibus exornatur, facile inter sacras alias totius regionis aedes eminet, ita ut ab omnibus conspicuum religionis catholicae monumentum existimetur. Deiparae Virginis statua in eodem honorifice servatur, quam recentiori tempore sollemniter etiam aureo diademate redimitam, boliviani christifideles peculiari cultu venerantur, quamque una cum finitimis populis turmatim pie devoteque visitant. A sodalibus vero Minoriticae provinciae bolivianae a Sancta Maria Angelorum nuncupatae, quibus idem sanctuarium concreditum est, cura ac sollemnitate condignis sacrae functiones in eodem, cum fidelium omnium spirituali emolumento, peraguntur. Quapropter cum eiusdem Minoriticae provinciae Administer suppliciter demisseque Nos rogaverit, ut, votis religiosorum fideliumque omnium regionis obsecundantes, sacram eandem aedem titulo privilegiisque basilicae minoris de Apostolica benignitate honestare velimus, easdemque preces tum Apostolicus Noster Nuntius in Repubblica Boliviana, tum Pacensium Episcopus amplissimis commendationibus suffragiisque suis augeant; Nos pro Nostra erga populum bolivianum benevolentia memoratis postulationibus annuendum censemus. Audito igitur Venerabili Fratre Nostro Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Praenestino, Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, certa scientia ac matura deliberatione Nostris deque Nostra apostolica auctoritate, praesentium Litterarum vi, perpetuumque in modum,

templum sanctuarium Beatae Mariae Virginis de « Copacabana » intra fines dioecesis Pacensis, titulo ac dignitate *Basilicae Minoris* decoramus, illique omnia ac singula conferimus iura ac privilegia, quae rite competant. Contrariis non obstantibus quibuslibet. Decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illique, ad quod spectant, templo plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse et definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet scienter vel ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die II mensis Iulii, an. MCMXXXX, Pontificatus Nostri secundo.

A. Card. MAGLIONE, *a Secretis Status.*

EPISTULAE

I

AD EMUM P. D. DYONISIUM TIT. SS. NEREI ET ACHILLEI S. R. E. PRESB. CARDINALEM DOUGHERTY, ARCHIEPISCOPUM PHILADELPHIENSEM, QUINQUAGESIMUM AB INITO SACERDOTIO ANNUM FELICITER EXPLENTEM.

PIUS PP. XII

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Perquam gratum nuntium recens accepimus, te quinquagesimum ab inito sacerdotio annum proxime esse celebraturum. Haec enim sacri eventus commemoratio praeclaram confert opportunitatem tibi Nostram existimationem ac benevolentiam rursus patefaciendi, simulque tuam tuorumque laetitiam intima Nostra participatione cumulandi. Egregia profecto ac permulta sunt tua in Ecclesiam promerita, quibus, tum in flore aetatis munere clericos docendi perfungens, tum praesertim episcopale officium persolvens, luculenter enituisti. Sollertem autem frugiferamque pastoralem industriam mirifice exhibuisti primo in regendis Novae Segoviae et Sanctae Elisabeth dioecesibus, in Insulis Philippinis exstantibus, ubi plures rerum difficultates prudenter feliciterque superasti, deinde vero in Ecclesia Buffalensi ac denique in sede ista metropolitana, cui iam viginti duos annos actuose moderaris. In comperto est inter cetera, novas istic conditas dioeceses, paroecias et puerorum scholas, itemque clericorum adulescentium, presbyterorum familiarumque religiosarum

numerum perauctum. Illud sane peculiari tuae laudi est ducendum, te summo studio atque alacritate adlaborare, ut ii, quos ad officia sacra instruendos curas, sive in Seminariis dioecesanis, sive heic Romae apud Cathedram Sancti Petri, rite solideque instituantur. Sunt enimvero iuvenes clerici recte instituti non modo certa meliorum temporum spes, sed etiam praeclara sacrorum Antistitum corona et gloria. Hasce laudes tuas plane perspectas habuerunt Decessores Nostri, inter quos Benedictus XV felicis recordationis, qui te ad Principum Ecclesiae Senatum cooptavit, et Pius XI recentis ac veneratae memoriae, qui Legatum Suum a latere ad Congressum Eucharisticum ex omni natione Manilae habitum te deligere benigne voluit. Nos autem, qui tuam erga Apostolicam Sedem et Christi Vicarium fidelitatem dilectionemque probe novimus, tibi, Dilecte Fili Noster, ob sacrum munus industriose fructuoseque hoc diuturno tempore gestum vehementer gratulamur, a Deo admota prece ominantes, ut ipse integris corporis animique viribus diu vivas ac floreas, ista circumdatus corona filiorum, quibus tanta beneficia contulisti. Quo autem sacerdotalis iubilaei sollemnia uberiores salutis fructus populo tuo afferre queant, tibi facultatem damus, ut, constituta die, post Sacrum pontificali ritu peractum, adstantibus fidelibus nomine Nostro Nostraque auctoritate benedicas, plenariam indulgentiam iisdem proponens, ad Ecclesiae praescripta lucrandam. Supernorum interea donorum nuntia et conciliatrix, praecipuaeque Nostrae caritatis testis esto Apostolica Benedictio, quam tibi, Dilecte Fili Noster, Episcopo Auxiliari tuo universoque clero populoque tuae curae demandato amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die XV mensis Aprilis, anno MDCCCCXL, Pontificatus Nostri secundo.

PIUS PP. XII

II

AD EXCMUM P. D. HYACINTHUM TREDICI, EPISCOPUM BRIXIENSEM: QUARTO EXPLETO SAECULO AB OBITU SANCTAE ANGELAE MERICIAE, MONIALIUM SANCTAE URSULAE INSTITUTRICIS.

PIUS PP. XII

Venerabilis Frater, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Quarto revoluto saeculo, ex quo in urbe ista S. Angela Mericia piissime obiit, valde consentaneum est ut Brixienses cives non modo sollemnibus dela-

tis honoribus sacras eius, quae istic asservantur, exuvias venerentur, sed sanctissima etiam, quibus eadem enituit, virtutum exempla intentis recolant animis, sibique ad imitandum proponant. Quae siquidem haec virgo per suae vitae cursum gessit, non aliena sunt a nostrorum temporum condicionibus ac necessitatibus. Postquam enim ea, ut erat evangelicae perfectionis cupidissima, volucribus saeculi pompis supremum vale dixit, ac precando, meditando operandoque ad assequendum sanctimoniae apicem totis viribus contendit, cum circum quaque cerneret Novatorum haereses, tunc temporis insurgentes, catholicam labefactare fidem multorumque corrumpere mores, summo dolore perculsa, ceteros etiam enisa est ad veritatis virtutisque semitas pro facultate revocare. Quam ad rem, superna gratia permota, ac caelesti etiam, ut memoriae traditur, voce ac visione erudita, sacrarum virginum sodalitatem, peculiaribus datis normis, constituit, quam a S. Ursula nuncupavit. Quae quidem sodalitas novam invexit formam in religiosae vitae institutum; etenim adlectae ea auspice virgines, quamvis caelesti Sponso sese omnino devoveant, intra tamen domesticos parietes commorari, ac communibus, etsi modestioribus, vestibus uti, pro suscepto officio, sollemne habent. At hoc vivendi genus amplexae, quod Decessor Noster im. rec. Paulus III Apostolicis datis Litteris [1] probavit, cum eos etiam civium ordines attingere facile possint, ad quos Religiosarum Communitatum sororibus aditus saepenumero non pateat, perquam uberes queunt in renovandis christianae vitae moribus edere fructus. Idque nominatim peculiari laude dignum videtur quod eaedem sedulo prudenterque faciunt, cum in tot domesticis convictibus ad legitimam sanctioremque formam pro facultate redigendis, tum in singulis paroeciis suam sacris curionibus idcirco praestando operam, ut ea omnia promoveantur, quae ad catholicae doctrinae praecepta iuventuti explananda et in usum quam diligentissime deducenda pertineant. — Accessere praeterea, superiorum quattuor saeculorum decursu, sicut ex vetere caudice novelli rami, instituta non pauca, quibus et nomen itidem a S. Ursula est, quaeque S. Angelam Mericiam patronam, magistram ac ducem religiose sequuntur, atque in puellari educatione christiano more habenda sollertem operam navant. Quod quidem laudabile propositum nostris potissimum temporibus omni esse commendatione dignum nemo est qui non videat. Has igitur omnes sacras virgines paterno Nos adhortamur animo ut ex hisce celebrationibus auspicia sumant ad sanctissima sua incepta atque opera totis viribus persequenda, quae tantopere aetatis huius nostrae necessitatibus re-

[1] *Regiminis universalis Ecclesiae*, d. d. IX Ian. MDXXXXIV.

spondent. Ac quandoquidem novimus Angelam Mericiam postremis praesertim suae vitae annis, cum per Italiam universamque Europam saevae irrepsissent discordiae in religiosas civilesque res, atque adeo acerba conflagrarent bella, peculiares preces expiationesque obtulisse Deo ut christiana concordia inter populos ac Principes redintegraretur, idcirco cupimus omnes, quotquot saecularem hanc participant faustitatem, Decentianensi Virgini supplicare ne praetermittant ut eadem nostris quoque trepidis afflictisque temporibus pacem quam primum tranquillitatemque impetrare benigne velit.

Interea vero divinorum munerum auspicem paternaeque voluntatis Nostrae testem, tibi imprimis, Venerabilis Frater, cunctoque gregi tuo, atque iis omnibus religiosis feminis, quae Angelam Mericiam vel legiferam Matrem, vel caelestem Patronam venerantur, Apostolicam Benedictionem effuso animo impertimus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die XXIII mensis Maii anno MDCCCCXXXX, Pontificatus Nostri secundo.

PIUS PP. XII

III

AD EM̃UM P. D. IOSEPHUM TIT. S. IOANNIS AD PORTAM LATINAM S. R. E. PRESBYTERUM CARDINALEM MAC RORY, ARCHIEPISCOPUM ARMACHANUM, ANNUM A SUSCEPTO EPISCOPATU QUINTUM ET VIGESIMUM CELEBRATURUM.

PIUS PP. XII

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Certiores nuper facti sumus, te quinque ab inito episcopatu lustra proxime esse peracturum. Haec profecto sacri eventus faustitas iucundissimam Nobis praebet occasionem, ut tecum paterne conlaetemur ac benevolentiam, qua te semper prosequuti sumus, publice libenterque confirmemus. Comperta est enimvero sollicitudo pastoralis, qua primum in ditione Dunensi et Connorensi ac deinde in praenobili ista metropolitana sede ad animarum salutem fovendam tuendamque incubuisti. Nota pariter est sincera fides atque in Deum pietas istius populi, quem intima caritatis coniunctione tibi habes devinctum. Quare, Dilecte Fili Noster, praeclara tua erga Ecclesiam promerita paterna laude exornantes, gratulationes tibi Nostras palam studioseque declaramus, sacrique eventus celebrationem fervidis votis ominibusque participamus. Hoc sane eo libentius facimus, quod tuam erga Apostolicam Sedem fidelitatem ac ve-

nerationem plane cognitam habemus; neque vero dubitamus, quin ex iubilaei episcopalis faustitate novas etiam vires sumpturus sis ad maiora in dies pro grege tibi commisso prosequenda. Quo autem proxima sollemnia utiliora fidelibus istis evadant, tibi ultro facultatem tribuimus, ut, statuta die, post Sacrum pontificali ritu peractum, adstanti populo nomine Nostro Nostraque auctoritate benedicas, plenariam eidem indulgentiam proponens ad Ecclesiae praescripta lucrandam. Denique tibi ipsi, iam iam octogesimum aetatis annum feliciter acturo, saluberrima quaeque ac iucundissima ominamur, Deum instanter rogantes, ut te supernorum solaciorum copia longum adhuc in aevum servet ac tueatur, fideliumque tibi obsequium atque amorem magis magisque conciliet. Quarum caelestium gratiarum nuntia et conciliatrix, praecipuaeque Nostrae dilectionis testis sit Apostolica Benedictio, quam tibi, Dilecte Fili Noster, ac universo clero et populo tibi tradito amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die XV mensis Iulii anno MDCCCCXL, Pontificatus Nostri secundo.

PIUS PP. XII

IV

AD R. P. ALAPHRIDUM SCOTTI, ORDINIS B. MARIAE DE MERCEDE REDEMPTIONIS CAPTIVORUM MAGISTRUM GENERALEM: VII EXEUNTE SAECULO AB OBITU SANCTI RAYMUNDI NONNATI ATQUE A MARTYRIO BEATI SERAPIONIS.

PIUS PP. XII

Dilecte Fili, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Septimo labente saeculo, ex quo Sanctus Raymundus Nonnatus felicissime obiit itemque Beatus Serapion martyrii palmam divina est gratia meritus, opportunum plane visum est sacris sollemnibus duplicem eventum commemorari. Uterque enim vir, in istum Ordinem Beatae Mariae de Mercede tunc recens institutum cooptatus, non modo christianarum optimarum virtutum enituit splendore, sed animarum quoque studio mirifice succensus, omnes cogitationes, curas et labores ad redimendos christianos in paganorum captivitate degentes simulque ad infideles Christo lucrifaciendos suscepit. Quibus nobilissimis causis uterque deditus, longis peregrinationibus in Africam praesertim exantlatis, difficultatibus locorum morumque efferatorum hominum devictis, iniurias omnis generis, probra et vexationes insigni patientia et fortitudine toleravit, multa et

crudelia supplicia ad fidem catholicam dilatandam, ad animarum fovendam utilitatem, perpessus est. Quapropter sollemnia saecularia, quae in honorem Sancti Raymundi Nonnati ac Beati Serapionis pio istius Ordinis consilio proxime peragentur, merita laude commendationeque honestamus et Nostra per has Litteras participatione atque auctoritate adaugemus. Praeclara sane clarissimorum virorum exempla confidimus haud paullum conferre posse ad redintegrandam in christianis populis frigescentem caritatem, ita ut, positis tandem simultatibus atque odiis, quae humani generis sunt pestis ac pernicies, omnes gentes, pretioso Christi sanguine redemptae, mutuo inter se diligant amore, coniunctisque voluntatibus ac viribus veram solidamque humanitatis ac virtutum gloriam in terris consequantur, quae est praenuntia beatitatis in caelis sempiternae. Hac spe erecti, in divini praesidii auspicium inque praecipuae Nostrae dilectionis pignus, Apostolicam Benedictionem tibi, Dilecte Fili, cunctisque Ordinis, cui praees, sodalibus amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die XV mensis Iulii, anno MDCCCCXL, Pontificatus Nostri secundo.

PIUS PP. XII

V

AD EM̃UM P. D. IACOBUM ALOYSIUM TIT. SANCTI HIERONYMI ILLYRICORUM S. R. E. PRESB. CARDINALEM COPELLO, ARCHIEPISCOPUM BONAËRENSEM, QUEM LEGATUM MITTIT AD CONVENTUM EUCHARISTICUM E TOTA ARGENTINA REPUBLICA IN URBE SANCTAE FIDEI CELEBRANDUM.

PIUS PP. XII

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Perlibenter novimus, proximo Octobri mense Conventum Eucharisticum ex tota Argentina Republica in clarissima civitate Sanctae Fidei permagno apparatu celebratum iri. Optimum quidem consilium ac maxime salutare! Quid enimvero huiusmodi congressionibus cogitari potest aptius utiliusque ad fovendam atque exacuendam christiani populi in Augustum Sacramentum pietatem ac devotionem? Idcirco sane Christus Iesus divinam suam humanamque naturam sub Eucharisticis velis abdi ac latere voluit, ut nobiscum continuo degeret et caritatis misericordiaeque suae in nos thesauros suavissime perpetuoque effunderet. Quare Nos vehementer gratulamur, quum de initis consiliis, tum de sollerti studio

quo proxima sollemnia apparantur, ut amplissimi honores Regi caelesti, sub speciebus Eucharisticis delitescenti, magna fidelium observantia atque frequentia deferantur. Ad augendam vero sacrae celebrationis sollemnitatem, non solum merita laude et commendatione, sed ipsa quoque per Legatum Nostrum participatione, eidem adesse percupimus. Quapropter te, Dilecte Fili Noster, qui, Romanae purpurae magnificentia decoratus, tam nobili augustaeque Ecclesiae moderaris, quique insigni laudum virtutumque exemplo praefulges, Legatum Nostrum a latere constituimus ac renuntiamus, ut, Nostram ipse gerens personam, Congressui Eucharistico ex tota ista natione in urbe Sanctae Fidei proxime ineundo praesis, sollemnibusque ritibus ac cerimoniis nomine Nostro Nostraque auctoritate praesideas. Non est autem dubium, quin boni isti fideles saluberrimos fructus ex sacra celebratione sint feliciter sumpturi. Exploratam enim iamdiu habemus planeque confirmatam Nostris oculis vidimus actuosam fervidamque Argentini populi pietatem, quum Conventui Eucharistico ex omnibus nationibus coacto sex abhinc annos praefuimus, cuius memoria suavissima numquam delebitur. Caelestium interea luminum ac donorum conciliatrix et praenuntia, peculiaris Nostrae dilectionis testis sit Apostolica Benedictio, quam tibi, Dilecte Fili Noster, egregio Sanctae Fidei Archiepiscopo, cunctisque fidelibus, qui Conventui intererunt, amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die XIV mensis Septembris, in Exaltatione Sanctae Crucis D. N. I. C., anno MCMXL, Pontificatus Nostri secundo.

PIUS PP. XII

VI

AD EXCM̃UM P. D. FERDINANDUM CENTO, ARCHIEPISCOPUM TIT. SELEUCIENSEM PIERIUM ET NUNTIUM APOSTOLICUM IN PERUVIANA REPUBLICA, QUEM LEGATUM MITTIT AD II CONGRESSUM EUCHARISTICUM E TOTA PERUVIANA NATIONE AREQUIPAE COGENDUM.

PIUS PP. XII

Venerabilis Frater, salutem et Apostolicam Benedictionem, — Libenti quidem animo excepimus, exeunte proximo Octobri mense secundum Conventum e tota natione Eucharisticum Arequipae, in perillustri civitate, quae abhinc quattuor saecula condita est, sollemniter coactum iri. Etenim testis est rerum historia, quanti ad privatum et commune

bonum intersit Christi fideles Augustum Sacramentum interius altiusque cognoscere et, caelesti enutritos convivio, christianam vitam, cuius fons et veluti centrum Eucharistia est, abundantius vivere. Opportuno autem consilio statutum est, ut fausta saecularia Arequipensis urbis, quae in catholicae fidei constantia ac fervore semper enituit, cum eucharisticis Christi Regis triumphis coniungerentur. Quum igitur proximi Congressus dignitas atque amplitudo expostularet, ut auctoritate ac participatione Nostra eum fulciremus, in te, Venerabilis Frater, oculos mentis coniecimus, qui in nobilissima ista Republica Nostram geris personam, ut Legati Nostri munus committeremus. Quapropter temet ipsum, ut iam antea ediximus, Legatum Nostrum per hasce Litteras eligimus ac renuntiamus, qui nomine Nostro Nostraque auctoritate Conventui Eucharistico e tota natione Peruviana Arequipae praesideas. Minime autem dubitamus, quin ipse, pro egregiis ingenii animique dotibus, proque Archiepiscopi qua polles dignitate, nobilissimum munus sis naviter fructuoseque exsequuturus. Pergratum tuum erit officium fideles hortari ut, amantissimum Salvatorem nostrum redamando, quum in eius caritate proficiant ac perpetuo maneant, tum sese alacriter praestent, ad humanam societatem reparandam, omnium bonorum operum effectores ac satores. Interea uberum auspicem fructuum paternaeque caritatis Nostrae testem, Apostolicam Benedictionem tibi, Venerabilis Frater, egregio Episcopo Arequipensi, cunctisque fidelibus, qui sacrae Congressioni intererunt, amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die XXI mensis Septembris, in festo Sancti Matthaei Apostoli et Evangelistae, anno MDCCCCXXXX, Pontificatus Nostri secundo.

PIUS PP. XII

ALLOCUTIONES

I

Summus Pontifex adulescentibus ab Actione Catholica, ex Italiae dioecesibus Romam in Aedes Vaticanas die 10 mensis Novembris a. 1940 convenentibus, haec verba fecit.

In questa vibrante adunata della Gioventù Italiana di Azione Cattolica, guidata intorno a Noi dall'amatissimo suo Presidente centrale, onorata dalla presenza dello zelantissimo ed eloquente Signor Cardinale Vescovo di Palestrina e dal benemerito Vescovo Direttore Generale, Noi

sentiamo, diletti figli, l'intima e profonda letizia di quella grande paternità spirituale, di cui il Signore Nostro Gesù Cristo si compiacque di infonderCi, come a Suo Vicario, il palpito e l'affetto; affetto, il quale, mentre si estende a tutti i credenti e a tutte le genti, si espande in mezzo a voi con una scintilla di quell'ardore, ond'Egli stesso prediligeva i piccoli e amò quel giovane che dalla sua adolescenza aveva osservato ogni precetto divino.[1] Questo desiderato convegno, se è la vostra gioia, è insieme la Nostra; e ne siamo grati al vostro infaticabile Presidente, agli Assistenti ecclesiastici, vostri maestri e direttori, dei quali è gran merito lo studio per la Gara di Cultura Religiosa, i cui più valorosi campioni Ci è dolce oggi proclamare e salutare vincitori.

Tutto ciò che parla di esercizi fisici, di gara, di emulazione, di « sport », interessa e attrae la gioventù di oggi. Ma i giovani cristiani sanno che i movimenti dello spirito, e specialmente la corsa verso la luce intellettuale, la spinta in avanti sul terreno misterioso e talvolta arduo della rivelazione, l'impulso verso la bontà e la santità, sono tanto più belli, nobili e appassionanti, quanto il sapere e la virtù dell'animo avanzano e sormontano la forza dei muscoli e la caduca snellezza e agilità delle membra.

Il vigore del corpo, che accompagna e abbellisce il fiorire della vostra giovinezza, non resta diminuito nè abbassato, ma piuttosto esaltato e nobilitato dallo studio di cultura religiosa e dalla virtù che domina le passioni; e torna bene anche in ciò il detto del poeta latino che *gratior* (est) *pulchro veniens in corpore virtus.*[2] Nella gioventù brilla altrettanto ardimento di energia del corpo che di virtù dell'animo, quando in fondo al cuore germogli quella volontà che nel timore di Dio trova il principio della sapienza illuminatrice del cammino della vita. Anche la vita è una gara, una gara di corsa verso il futuro, che voi sentite nel sangue e nei balzi del vostro cuore e nelle visioni della vostra mente. Voi dalla soglia del cammino guardate una meta da conquistare; cercate al fianco chi vi guidi e scorga nella via, chi tra il male e il bene vi additi il meglio e vi conduca sul sentiero della virtù. Voi cercate una madre che vi sia maestra più nell'anima e nello spirito che nel corpo e nella materia. E dove avete trovata questa amorosa madre e maestra? Dove avete ricevuta da lei una vita non di sangue, ma di spirito? Un insegnamento che vi svela l'alta origine e gli altissimi destini dell'anima vostra?

Voi bambini appena nati foste portati in una chiesa; l'acqua lustrale bagnò il vostro capo e la vostra fronte; il sale di sapienza si posò sul

[1] Marc., X, 20-21.
[2] Verg., *Aeneid.*, V, 344.

vostro labbro; il vostro petto fu unto con l'olio di salute; l'anima vostra, lavata della colpa d'origine, fu trasumanata in angelo celeste. Chi fece in voi cotesto miracolo? Chi vi rigenerò? Chi vi donò una nuova vita, che nè vostro padre nè vostra madre potevano darvi col loro sangue? La Sposa di Cristo, la Santa Chiesa fu la Madre dell'anima vostra, che bambini vi baciò in fronte con affetto di paradiso, e vi strinse al suo seno come figli del sangue sparso dal suo Sposo divino, il quale vi amò e diede se stesso alla morte per voi. Essa con la mano e con la parola del suo sacerdote compì in voi così gran miracolo della grazia divina; mistero dell'anima redenta, abisso della giustizia e della misericordia di Dio nella vostra elezione salvifica, mercè il lavacro di rigenerazione. Allora la grazia, coi divini germogli della fede, della speranza e della carità e di ogni altra virtù infusavi, vi fece consorti della divina natura; e voi, con la parola dei vostri padrini, rispondeste alla Santa Madre Chiesa, la quale vi chiedeva la professione di fede, che credevate in Dio Padre onnipotente, creatore del cielo e della terra; che credevate in Gesù Cristo, unico Figlio di Lui, Signor Nostro, che nacque e patì; che credevate anche nello Spirito Santo, la santa Chiesa Cattolica, la comunione dei Santi, la remissione dei peccati, la resurrezione della carne e la vita eterna.

Ma se la Chiesa vi fu Madre amorosa nel battesimo, vi fu Maestra e Confortatrice nella Cresima, confermandovi e rinvigorendovi nella fede e nelle virtù contro i nemici spirituali che insidiano alla vostra mente e alla vostra volontà di bene. Coi doni mirabili dello Spirito Santo vi rivestì, quali soldati di Cristo, crociati, cavalieri della fede e della virtù, di quella divina armatura, di cui così altamente parlava l'Apostolo Paolo nella sua lettera agli Efesini, quando spronava i primitivi cristiani alla lotta contro le potestà delle tenebre. [3] Ecco, o giovani, il campo delle prove per il vostro valore cristiano, a cui vi prepara, vi educa, e vi avvia la Chiesa, Madre e Maestra di eroi.

La gioventù, inclinata sempre a darsi vanto di nulla temere, spesso però teme e paventa di apparire non abbastanza moderna, di non sembrare all'altezza del suo tempo, o, come dicono alcuni, « à la page ». Ma il vero cristiano si trova sempre all'altezza di ogni tempo; e la gioventù non cresce forse ardimentosa, non solo per la patria, che ama con ardore e con valore sostiene e difende, ma anche per la fede nella milizia della vita cristiana? — Volete essere dei giovani cattolici, quali li reclama l'ora presente? quali li richiede il secolo, in cui il Signore vi ha posti a vivere e ad operare?

[3] Cfr. *Eph.*, VI, 10 e segg.

Abbiate anzitutto quella fede, per la quale « col cuore si crede a giustizia, e con la bocca si fa confessione a salute »;[4] quella fede illuminata, *rationabile obsequium vestrum,*[5] che nel cuore ha la fiamma e nella ragione la luce; luce valevole a dimostrare a voi stessi e agli altri, non già la verità ineffabilmente recondita dei misteri da Dio rivelati, ma i motivi razionali di credibilità, perchè non si crederebbe se la ragione non vedesse di dover credere. — Abbiate una fede larga e cordiale, amica di ogni luce della natura, che, ben lungi dall'essere ostile ai progressi delle scienze e delle arti, si slancia verso i vasti campi aperti all'intelligenza, per collaborare con essa alla ricerca del Vero, del Buono, del Bello, pure premunendola contro le pericolose deviazioni. Voi siete giovani; ma, come diceva l'Apostolo Paolo agli Efesini, non siate più « fanciulli vacillanti, e portati qua e là da ogni vento di dottrina per i raggiri degli uomini, per le astuzie, onde seduce l'errore ».[6] — Abbiate una fede leale e ferma, ignara dei pregiudizi, spregiatrice delle superstizioni, superatrice del rispetto umano, che non si lascia nè disanimare dalle minacce o dai dileggi, nè adescare da fugaci guadagni od onori. Abbiate una fede gioiosa e fraterna, e con la vostra fede, che più e più va crescendo, abbondi in ciascuno di voi la carità.[7] Sia la vostra una fede, che non si chiude nella sua torre di avorio, ma che con amabile « cameratismo » si studi intorno a sè di conciliarsi i cuori e le anime per guadagnarle a Gesù Cristo. Abbiate infine una fede coraggiosa e militante, come di chi confida in Cristo vincitore del mondo. Di tali giovani, di tali atleti, ha bisogno l'ora presente. Fu già un tempo, quando, quasi senza contrasto e pericolo, il giovane cattolico poteva vivere la sua fede, lasciandosi, per così dire, cullare e portare da tutto ciò che lo circondava e in cui si moveva, fiore cedevole al margine dell'onda del cristianesimo; le istituzioni politiche e sociali, gli stessi pubblici costumi, nonostante che si vedessero deficienze e traviamenti individuali, operavano come impregnati di spirito evangelico; un impulso di quasi mimetismo religioso era bastevole ad assicurare, se meno la pace della coscienza, la tranquillità del vivere esterno. Oggi il vento del « laicismo » ha corso il mondo, ha invaso ogni terra ed ha cominciato ad insinuarsi tanto addentro nell'anima dei popoli, anche dei più tradizionalmente cattolici, che al giovane cristiano, in mezzo alla società, per conservare viva la sua fede, fa d'uopo che non gli fallisca l'audacia di navigare contro una formidabile fiumana di ma-

[4] *Rom.*, X, 10.
[5] *Rom.*, XII, 1.
[6] *Eph.*, IV, 14
[7] 2 *Thess.*, I, 3.

terialismo, d'indifferenza religiosa, di sensualismo pagano, di smania del piacere. Ma dove allignerà vigorosa una tale audacia, la quale altro non è che santo ardimento, se non nella giovinezza balda di animo e di speranza, in una giovinezza forte e saggia, nobile e pura, come la vostra? *Tu ne cede malis, sed contra audentior ito.*[8] Guardate intorno a voi, e dite se voi, cresciuti alle cose celesti, non oserete per il servigio e l'amore di Gesù Cristo ciò che altri giovani osano e soffrono per appassionato attaccamento ad un ideale terreno e caduco. Guardate intorno a voi, e dite se non sarebbe spettacolo indecoroso il vedere la « Gioventù atea » pensare più spesso e più ardentemente a Dio per negarlo e farlo negare, per odiarlo e farlo odiare, che voi, Giovani cattolici, per amarlo e servirlo e farlo servire ed amare. Lasciate, diletti figli, che Noi ripetiamo a ciascuno di voi ciò che fu detto ad un giovane arciere vincitore: *Macte nova virtute, puer: sic itur ad astra.*[9]

Se la Chiesa è Madre e Maestra, la dottrina di lei, che voi avete appresa dal labbro dei vostri Assistenti, altro non è dalla dottrina di Cristo, solo Maestro della Chiesa, secondo quello che Egli stesso disse ai suoi Apostoli, futuri araldi del Vangelo: « *Magister vester unus est, Christus* ».[10] E quale Maestro! Un Maestro, che è la stessa Sapienza di Dio incarnata, eterna, infinita, « per mezzo della quale tutte le cose furono fatte, e senza la quale nulla fu fatto di ciò che fu fatto »,[11] che lanciò le stelle alla corsa nel firmamento, fissò il cammino al sole, alla terra e ai pianeti, e consegnò il mondo all'occhio dell'ingegno umano a discoprirvi, senza venirne al fine, i segreti dalla sua mano nascosti in seno alla natura. Eppure questo Maestro, in cui sono tutti i tesori della sapienza e della scienza,[12] non ci ha insegnato il moto dei cieli nè le orbite degli astri nè le recondite meraviglie dell'universo; ma venuto dal cielo in terra, solo cercò i miseri figli di Adamo per quell'immagine e similitudine, che col Padre e con lo Spirito Santo avéva di sè impressa sulla fronte di Adamo, del quale poi, per sollevarlo dalla caduta, avrebbe, nel centro dei secoli, rivestita la natura. Fattosi a somiglianza degli uomini, negli uomini cercò le anime; perchè nell'anima sta la nobiltà e la grandezza dell'uomo e il suo immortale destino. Cristo rivelò Dio nella Trinità delle Persone all'uomo e insieme rivelò l'uomo a se stesso, affinchè apprendesse e credesse che la vita eterna è conoscere il Padre

[8] VERG., *Aeneid.*, VI, 95.
[9] VERG., *Aeneid.*, IX, 641.
[10] MATTH., XXIII, 10.
[11] IOANN. I, 3.
[12] *Col.*, II, 3.

che sta nei cieli, come unico vero Dio, e Colui che aveva mandato, Gesù Cristo. [13]

Ma la vita eterna, la quale è contemplazione beatificante della Trinità divina, si inizia quaggiù, nello stato di via, dove siamo pellegrini dal Signore, e si compie lassù, in cielo, nello stato di gloria e di patria. Re della vita eterna altri non è che Gesù Cristo, al quale il Padre diede potestà sopra tutti gli uomini, affinchè dia la vita eterna a tutti quelli che il Padre ha a lui consegnati. [14] Per la vita eterna noi abbiamo bisogno di un pane che non perisce nel viaggio verso l'eternità. Gesù stesso si è fatto nostro pane. Non ha Egli proclamato: « Io sono il pane vivo disceso dal cielo. Chi mangerà di tal pane, vivrà in eterno; e il pane che io darò, è la mia carne per la salute del mondo »? [15] « Chi mangia la mia carne e beve il mio sangue, ha la vita eterna; e io lo risusciterò nell'ultimo giorno ». [16]

Ecco, diletti figli, il pane vivo di vita eterna sulla mensa dei nostri altari, da Cristo medesimo, alla vigilia della sua passione, posato la prima volta sulla mensa del Cenacolo e distribuito ai suoi Apostoli, i primi sacerdoti, da lui stesso istituiti, del nuovo ed eterno Testamento. [17] Nel Cenacolo fu il primo incruento sacrificio di Cristo offerto al Padre, antesignano dei milioni di Sante Messe nei convegni cristiani, nelle catacombe e nei nostri templi: sul Golgota, in faccia al cielo e all'universo, apparve la divina catastrofe dell'Uomo-Dio, che, Sacerdote e Vittima, muore per offrirsi al Padre in pro degli uomini e trovare un'eterna redenzione. Dall'altare del Golgota non è diverso l'altare delle nostre chiese: anch'esso è un monte sormontato dalla Croce e dal Crocifisso. Nel sacrificio incruento un medesimo è il Sacerdote eterno e l'eterna Vittima, il corpo e il sangue separato nel pane e nel vino mutati: anche sui nostri altari si attua la riconciliazione fra Dio e l'uomo. Oh perchè tutto il popolo cristiano, tutti gli uomini, tutta la gioventù non accorrono nella casa del Signore e assistono a questo spettacolo divino di fede e pietà innanzi all'altare? Perchè non si prostrano invocando misericordia e perdono? Perchè non partecipano alla mensa celeste? Evidentemente perchè non conoscono l'amore infinito del Salvatore Gesù; perchè fredda e noncurante è divenuta la loro fede; perchè i beni e i piaceri del mondo annebbiano loro il pregio dell'anima immortale e non sanno

[13] Ioann., XVII, 3.
[14] Ioann., XVII, 2.
[15] Ioann., VI, 51.
[16] Ioann., VI, 55.
[17] Cf. *Conc. Trid.*, sess. XXII, can. 2.

gustare e fruire la soavità del Signore e del pane di vita eterna. Un largo plauso pertanto rendiamo a voi, Giovani dell'Azione Cattolica, che mentre date al Santuario tanti zelanti ministri e ai Seminari tanti fervidi alunni, avete svolto e andrete svolgendo sempre più vastamente in ogni parrocchia la nobilissima « campagna » su « La Santa Messa »; « campagna » che a voi torna di non minor merito e lode della Gara di cultura religiosa, perchè dimostra come dall'abbondanza del cuore parla il vostro labbro.

Questa vostra « campagna » vuol essere un'impresa essenzialmente apostolica. La vostra voce parlerà prima con l'esempio, come voi fate assistendo alla S. Messa nei giorni di precetto, od ancora più spesso; poi col labbro, perchè bisogna condurvi gli altri e ricondurvi quelli che non curano di tornarvi. Voi ricorderete loro, con quel garbo, quella discrezione e quel riserbo che si addicono a giovani, l'obbligo imposto ad ogni cristiano di santificare le feste; precetto grave, da cui non è lecito dispensarsi alla leggiera, col pretesto di una escursione domenicale, di una battuta di caccia, di una riunione sportiva. Voi farete loro comprendere quale specialissimo beneficio sia la Messa parrocchiale, che riunisce i fedeli intorno al loro pastore, celebrante in quel giorno *pro populo*, e permette loro di ascoltare la spiegazione del Santo Vangelo, la esposizione degli insegnamenti della Chiesa, l'applicazione dei principî eterni alle necessità e alle condizioni del tempo presente.

Ma, a grande incentivo per voi stessi e per gli altri, voi dovete aggiungere che prendere pienamente parte alla Messa è partecipare a tutta l'« Azione » santa; è entrare nel numero di tutti i circostanti, che il sacerdote ricorda a Dio nel *Memento* dei vivi, i quali offrono con lui il divino sacrificio di lode per sè e per tutti i loro, per la redenzione delle loro anime, per la speranza della loro salute ed incolumità;[18] dovete rammentare che questa « Azione » santa comprende, dopo l'offerta della vittima, la sua sunzione, che è la comunione del celebrante e dei fedeli. Non ci attestano forse gli Atti degli Apostoli[19] che i primi cristiani erano assidui alle istruzioni sacre, alla frazione del pane, ossia alla celebrazione dell'Eucaristia, e all'orazione? E non ci insegna il martire Giustino nella sua Apologia[20] che il pane e il vino consacrati, vale a dire la carne e il sangue del Verbo incarnato, erano distribuiti a ciascuno dei presenti e portati agli assenti? Voi certo non ignorate, anche se la vostra giovinezza non vi concede di esserne stati testimoni, con quale fervida sollecitudine

[18] Canon Missae.
[19] II, 42.
[20] C. 65-67.

il venerato Nostro Predecessore Pio X dichiarasse a luce di sole la divina dignità e i frutti salutari della Comunione frequente,[21] e come al suo appello abbia risposto, da un quarto di secolo, il crescere dappertutto del numero delle persone, — specialmente fra le giovani cattoliche, — che si accostano sovente, alcune anche ogni giorno, alla sacra mensa. Di non minore devozione ed amore verso il Dio dei tabernacoli, nè di minor cura del bene spirituale delle loro anime, conviene che siano e si dimostrino gli uomini, i giovani cattolici, che pure nutrono in sè la medesima fede e la medesima speranza, e non dissimili, anzi ordinariamente più dure lotte combattono e sentono nei loro cuori di fronte ai pericoli del mondo. Anch'essi, in questo grande e universale movimento eucaristico, hanno da avanzare forte e coraggioso il passo: non pochi già sono proceduti o procedono; altri stanno fermi alla Pasqua o alle grandi solennità. Di quale numero, o cari giovani, volete voi essere? Senza dubbio voi preferite farvi del numero di quei che avanzano, e anzi vi proponete, su questa nobile e santa via, di precederli anche come « allenatori di anime », per illuminarle, incoraggiarle e indurle a comunicarsi almeno una volta al mese, confortandole col buon esempio e premunendole contro le defezioni e gli attacchi del rispetto umano.

Crescete, dunque, diletti figli, vi diremo con l'Apostolo Pietro, crescete nella grazia con la volontà del bene, e con l'intelletto nella cognizione del Signore Nostro e Salvatore Gesù Cristo:[22] *Crescite in gratia et in cognitione Domini Nostri et Salvatoris Iesu Christi.* Quanto più crescerete in grazia, tanto più lo conoscerete; e quanto più lo conoscerete, tanto più l'amerete; perchè nella grazia e nella cognizione di Lui sta la vita eterna. Conoscetelo sempre più nei suoi Vangeli, nella sua dottrina, nei suoi Sacramenti, nella sua Chiesa, nei suoi precetti; e sappiate grado ai vostri maestri, come noi diamo loro il Nostro ben meritato elogio. Crescete in età, ma ancora in sapienza e in virtù innanzi a Dio e agli uomini; e non dimenticate che non fa scienza senza il ritenere ciò che avete inteso. Leggerete molto, molto studierete, molto imparerete; ma al tramonto della vita riconoscerete la somma ed essenziale importanza del Catechismo; codice della verità, di cielo in terra recata dal Divin Redentore, per sublimarci nel bene sino al cielo.

Nobilissima e degnissima gara di Catechismo è stata la vostra Gara di Cultura Religiosa, della quale con paterno compiacimento godiamo di premiare i vincitori, avanguardia di tante legioni di ardenti e franchi competitori, benedicendo tutti insieme col vostro Presidente e con gli

[21] Cfr. S. C. C., decr. *Sacra Tridentina Synodus*, 20 dec. 1905.

[22] 2 Petr., III, 18.

Assistenti e Maestri, che vi dirigono e istruiscono, ringraziandovi per i generosi doni a vantaggio delle chiese povere e invocando sopra ciascuno l'abbondanza dei favori celesti, affinchè il bene della cultura religiosa, così felicemente promosso e coronato, prosegua più ampiamente ed efficacemente a dare quell'incremento di frutti che la Santa Chiesa, Madre e Maestra, si attende e si augura dall'animosa fede e dalla emulazione santa della carissima Gioventù Italiana.

II

Summus Pontifex, die 15 mensis Novembris a. 1940, humanissimis verbis quibus Excmus Vir Basilius Grigorcea qua Rumeniae Legatus extra ordinem liberis cum mandatis Litteras publicas porrexit, haec respondit.

Monsieur le Ministre,

L'heure en laquelle Votre Excellence Nous remet les Lettres de créance de son Auguste Souverain, Sa Majesté le Roi Michel I^er^, et inaugure ainsi ses honorables fonctions d'Envoyé Extraordinaire et de Ministre Plénipotentiaire de Roumanie près le Saint-Siège, est une heure comme voilée d'ombres et dominée par des événements qui transforment l'aspect extérieur et le devéloppement spirituel du continent européen, les engagent en de nouvelles voies et, en même temps, imposent aux peuples des sacrifices et des épreuves de jour en jour croissants.

La part de sacrifices échue au peuple roumain, pour la cause de la paix, remplit de sollicitude et de préoccupations bien compréhensibles le cœur de cette noble nation. L'écho discret de ces sentiments résonne dans les paroles que Votre Excellence vient de Nous adresser. Par les répercussions matérielles et spirituelles des événements récents, tant les gouvernants que leurs sujets sont mis en face de devoirs ardus et lourds de responsabilités.

En ces circonstances, Sa Majesté le Roi, dont les jeunes épaules portent vaillamment le fardeau de si graves soucis, a jugé particulièrement important que la Représentation diplomatique, exercée auparavant avec tant de dignité par l'illustre Ambassadeur Monsieur Nicolas Petrescu Comnen ne restât pas longtemps sans titulaire. Avec un vif plaisir Nous trouvons, en cette volonté, un noble témoignage de l'importance attachée à ces valeurs spirituelles que cette même Représentation est appelée, pour sa part, à conserver et à développer.

C'est avec une égale satisfaction, Monsieur le Ministre, que Nous vous avons entendu déclarer que, dans les rapports entre l'Eglise et l'Etat, votre Gouvernement veut aussi s'inspirer de trois principes fondamentaux : le respect de la religion, la fidèle exécution des engagements contractés et un profond attachement à la cause de la paix.

Eclairée par ces principes, que le temps en marche vous permettra d'appliquer en de multiples questions, votre action rencontrera toujours Notre bienveillant appui et vous donnera à vous-même, fils loyal de votre nation, la conscience de compter parmi les artisans d'un avenir plus heureux pour votre pays.

Nous vous prions de transmettre à Sa Majesté le Roi, au Chef et aux Membres du Gouvernement Royal l'assurance du vif désir que Nous avons de maintenir et de promouvoir les relations amicales et confiantes qui unissent la Roumanie au Saint-Siège et, par là, de renforcer encore l'élan spirituel, d'où jaillissent, pour chaque peuple, surtout aux jours d'épreuves, les sources réconfortantes d'une ferme espérance et de virils efforts.

Pénétré de ces pensées, Nous implorons de Dieu, pour Sa Majesté, pour le Gouvernement Royal, pour le peuple roumain, et, de manière toute spéciale, pour Votre Excellence, la protection toute-puissante de Celui qui préside, non seulement aux destinées des personnes, mais encore à celles des Nations entières.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SUPREMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICII

DECRETUM

PROSCRIPTIO LIBRORUM

Feria IV, die 30 Octobris 1940

In generali consessu Supremae Sacrae Congregationis Sancti Officii Emi ac Revmi DD. Cardinales rebus fidei ac morum tutandis praepositi, audito RR. DD. Consultorum voto, damnarunt atque in Indicem librorum prohibitorum inserendum mandarunt librum typis impressum, « pro manuscripto » vulgatum, qui inscribitur:

CAROLUS PELZ, *Der Christ als Christus.*

Et sequenti Feria V, die 31 eiusdem mensis et anni, Ssmus D. N. Pius divina Providentia Papa XII in solita audientia Excmo D. Adsessori Sancti Officii impertita relatam sibi Emorum Patrum resolutionem adprobavit, confirmavit et publicari iussit.

Datum Romae, ex Aedibus S. Officii, die 6 Novembris 1940.

Romulus Pantanetti, *Supremae S. Congr. S. Officii Notarius.*

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I

PROVISIO ECCLESIARUM

Ssmus Dominus Noster Pius, divina Providentia Papa XII, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore providere dignatus est, nimirum:

die 19 Septembris 1940. — Cathedrali Ecclesiae Guaxupensi praefecit Exc. P. D. Ugonem Bressane De Araujo, hactenus Episcopum de Bomfim.

die 30 Septembris. — Cathedrali Ecclesiae Anneciensi R. D. Augustum Cesbron, Superiorem Seminarii minoris Andegavensis.

die 6 Octobris. — Cathedrali Ecclesiae S. Deodati R. D. Aemilium Blanchet, archidioecesis Rothomagensis.

die 11 Octobris. — Cathedrali Ecclesiae Mendozensi R. D. Alfonsum Buteler, Rectorem Seminarii Cordubensis in Argentina.

die 1 Novembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Selensi Exc. P. D. Iosephum Pinten, hactenus Episcopum Grandormensem.

die 6 Novembris. — Metropolitanae Ecclesiae Dublinensi R. P. Ioannem McQuaid, Congregationis Sancti Spiritus sodalem.

die 9 Novembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Bityliensi R. D. Ioannem Vittoz, Vicarium Generalem dioecesis Gratianopolitanae, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Alexandri Caillot. Episcopi Gratianopolitani.

die 16 Novembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Cyrenensi R. D. Franciscum McIntyre, Cancellarium Curiae archiepiscopalis Neo-Eboracensis, quem deputavit Auxiliarem Excmi P. D. Francisci Spellman, Archiepiscopi eiusdem archidioecesis.

II

DESIGNATIO ORDINARII PRO APPELLATIONE

Exc. P. D. Ioannes Subercaseaux Errazuriz, Archiepiscopus Serenensis, designavit Ordinarium S. Iacobi in Chile pro appellatione in secunda instantia, ad normam can. 1594, § 2 Cod. I. C.

Quam designationem S. Congregatio Consistorialis approbare dignata est die 28 Septembris 1940.

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

I

DE OUBANGUI-CHARI
(BANGUENSIS)

DECRETUM
NOMINIS MUTATIONIS

Cum in Africae Occidentalis Gallicae finibus, territorii parte tum a Vicariatu de Foumban tum a Vicariatu de Oubangui-Chari distracta, Praefectura Apostolica Berberatensis, Patribus ex Ordine Fratrum Minorum Capuccinorum concredenda, erecta fuisset, visum est etiam nomen Vicariatus Apostolici de Oubangui-Chari immutare.

Nam, avulsis ab hoc Vicariatu regionibus, quae cursum fluminis Chari circumstant, denominatio, de qua supra, rerum condicioni non amplius respondere videtur.

Itaque Emi ac Revmi Patres huic S. Congregationi de Propaganda Fide praepositi, in plenariis comitiis die 27 vertentis mensis habitis, Vicariatum Apostolicum *de Oubangui-Chari* deinceps Vicariatum Apostolicum *Banguensem* a nomine urbis illa in regione principis, in qua Ordinarius resìdet, appellandum esse censuerunt.

Quam Emorum Patrum sententiam, ab infrascripto huius Sacrae Congregationis Secretario in audientia diei 28 eiusdem mensis Ssmo Domino Nostro Pio div. Prov. Pp. XII relatam, Ipse Summus Pontifex, benigne excipiens, ratam habuit et confirmavit atque praesens ad rem Decretum confici iussit.

Datum Romae, ex Aedibus S. Congregationis de Propaganda Fide, die 28 Maii mensis, A. D. 1940.

P. Card. FUMASONI BIONDI, *Praefectus.*

L. ✠ S.

† Celsus Costantini, Archiep. tit. Theodos., *Secretarius.*

II

BANGUENSIS-DE BRAZZAVILLE

DECRETUM

DISMEMBRATIONIS ET UNIONIS

Ad evangelizationis operi in Africae aequatorialis Gallicae finibus aptius consulendum, Exc. P. D. Vicarius Apostolicus Banguensis (in quam denominationem altero Decreto hac eadem die dato nomen Vicariatus Apostolici de Oubangui-Chari immutatum est) et Exc. P. D. Vicarius Apostolicus de Brazzaville enixe ab hoc Sacro Dicasterio petierunt, ut ipsum ad novam limitum inter memoratos Vicariatus, Patribus e Congregatione Sancti Spiritus concreditos, definitionem procedat.

Itaque Eminentissimi ac Reverendissimi Patres huic Sacrae Congregationi Christiano Nomini Propagando praepositi, in plenariis comitiis die 27 vertentis mensis habitis, a Vicariatu Apostolico Banguensi distrahendam et Vicariatui Apostolico de Brazzaville adnectendam censuerunt illam ad meridiem Vicariatus Apostolici Banguensis sitam regionem, cuius fines hic describuntur: *ad septemtrionem,* ab occasu solis ad orientem, cursus fluminis Badingue e finibus orientalibus civilis districtus de Nola usque ad locum quo influit in Oubangui flumen; *ad orientem,* a septemtrione ad meridiem, ex memorato loco, quo flumen Badingue influit in flumen Oubangui, usque ad secundam lineam parallelam latitudinis borealis, cursus fluminis Oubangui; *ad meridiem,* illa secundae lineae parallelae latitudinis borealis portio, quae inter fines Cameroun et cursum Oubangui fluminis comprehenditur; *ad solis occasum,* memoratus limes Cameroun usque ad limites meridionales districtus civilis de Nola, dein limites orientales huius districtus usque ad flumen Badingue.

Quam Eñorum Patrum sententiam, ab infrascripto huius S. Congregationis Secretario in audientia diei 28 eiusdem mensis Ssño Domino Nostro Pio div. Prov. Pp. XII relatam, Ipse Summus Pontifex, benigne excipiens, territorii partem, de qua supra, a Vicariatu Apostolico Banguensi distrahere et Vicariatui Apostolico de Brazzaville adnectere dignatus est, praesensque ad rem Decretum confici iussit.

Datum Romae, ex Aedibus S. Congregationis de Propaganda Fide, die 28 Maii mensis, anno Domini 1940.

P. Card. FUMASONI BIONDI, *Praefectus.*

L. ✠ S.

† Celsus Costantini, Archiep. tit. Theodos., *Secretarius.*

III

DE HANGCHOW - DE LISHUI

DECRETUM

DISMEMBRATIONIS ET UNIONIS

Cum Vicarius Apostolicus de Hangchow et Seminarii S. Francisci Xaverii, Scarboro Bluffs in ditione Canadensi siti, Superior, pro Praefectura Apostolica de Lishui, eidem Seminario concredita, una mente censuissent suae cuique missioni opportunum esse ex Vicariatu de Hangchow dismembratum districtum, seu civilem olim praefecturam de Kinhwa adnecti Praefecturae de Lishui, Eminentissimi Patres huic S. Consilio a Fide Propaganda praepositi, in sollemni consessu die XXIV currentis mensis Iunii habito, attento favorabili voto eorum quorum interesset, ex Vicariatu Apostolico de Hangchow dismembrare et Praefecturae Apostolicae de Lishui adnectere districtum de Kinhwa decreverunt.

Quod Eminentissimorum Patrum decretum Ssmus Dominus Noster Pius div. Prov. Papa XII, in audientia concessa hac die XXV mensis Iunii infrascripto S. Congregationis de Propaganda Fide Secretario, ratum confirmatumque habuit.

Itaque districtum seu civilem olim praefecturam de Kinhwa, sequentes octo civiles subpraefecturas (vulgo *hsien*) Kinhwa, Iwu, Pukiang, Tungyang, Yungkang, Wuyi, Tangki, Lanchi amplectentem, ex Vicariatu Apostolico de Hangchow dismembravit et Praefecturae Apostolicae de Lishui cum omnibus bonis immobilibus ad praedictum Vicariatum de Hangchow usque ad praesens pertinentibus ac iisdem, quibus hodie, finibus terminatum, adnexuit, atque praesens Decretum confici iussit et expediri.

Datum Romae, ex Aedibus S. Congregationis de Propaganda Fide, die 25 mensis Iunii A. D. 1940.

P. Card. FUMASONI BIONDI, *Praefectus*.

L. ✠ S.

† Celsus Costantini, Archiep. tit. Theodos., *Secretarius*.

SACRA CONGREGATIO RITUUM

I

EBROICEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVAE DEI IOSEPHINAE GAND SEU MATRIS SANCTI DOMINICI A CRUCE, FUNDATRICIS CONGREGATIONIS S. CATHARINAE SENENSIS E TERTIO ORDINE S. DOMINICI.

SUPER DUBIO

An signanda sit Commissio Introductionis Causae, in casu et ad effectum de quo agitur.

Inter praeclaras illas mulieres, quae, post publicam in Gallica natione perturbationem, ad christianam atque dominicanam vitam instaurandam validam praestiterunt operam, famula Dei Iosephina Gand, in religione Soror Sanctus Dominicus a Cruce, singularem locum occupat. Prout iam, id temporis, eximius Pater Lacordaire adlaborabat ut in sua patria Ordinem S. Dominici ad pristinum decus adduceret, etiam Ipsa, conceptui dominicano contemplativam vitam simul cum activa coniungenti fideliter adhaerens, Congregationem S. Catharinae Senensis instituebat, servatis, quantum fieri posset, veteribus monasticis normis, hodiernae tamen vitae necessitatibus necessaria mensura accommodatis. Taliter Ipsa tutam sanctitatis semitam animabus, quae illam secutae fuere, indicare sategit, et ipsarum vigilanti opera populis materialia et spiritualia christianae caritatis subsidia perlibenter elargiebatur.

Anno Domini 1819, die 16 Iulii nata in oppido Boulay, dioecesis Metensis, in Gallia, eodem die baptizata fuit sub nomine Mariae Teresiae Iosephinae, quam piissimi genitores Augustus Gand et Victorina de Saint-Illier ad assiduum pietatis studium ac bonos mores informare studuerunt. Duodecimo aetatis anno, iuxta tunc consuetum morem, die 18 Aprilis mensis anno 1831 ad Eucharisticum convivium primitus alacriter accessit: ex quo suavem illam ac tenerrimam erga Ssmum Sacramentum devotionem hausit, qua claras suas filias voluit, et in suo salutari opere quam maxime commendavit. Vitae religiosae desiderio flagrans, eam amplectendi, vix sexdecim annos nata, propositum

significavit; verum innumerae tunc exortae difficultates id effecerunt ut firmior evaderet eius in religione vocatio. Voti compos facta, die S. Ioseph sacro anno 1839, habitum dominicanum et nomen Sororis S. Dominici a Cruce, in monasterio Catalaunensi assumpsit.

Eius virtutes plenam Superiorum fiduciam illico obtinuerunt, qui eam, adhuc triginta annos natam, novitiarum magistram elegerunt. Quum vero tres piae sorores Bonnardel, in pago vulgo « Bonnay » degentes, Augustodunensis dioecesis, quae, auctore Sancto Ioanne Vianney, pauperum adsistentiae atque puerorum institutioni et eruditioni se dederant, Augustodunensem Episcopum adiissent ut permissionem concederet in sua civitate novum religiosae institutionis coetum condendi, ac proinde ad eas in regulari vita formandas magistram donaret, ipse Praesul Matri S. Dominico a Cruce gravissimum hoc directionis opus commisit. Ita originem duxit nova Congregatio S. Catharinae Senensis Tertii Ordinis Dominicani, sibi finem praefigens, perfectiori modo ideam Sancti Legiferi Patris applicandi: « Contemplari et contemplata aliis tradere ».

Sapiens utriusque vitae fusio, sive contemplativae quam activae, procul dubio occasionem feliciter praebuit, ut reapse exurgerent tot opera, tam fecunda ac mirabilia, sicut fuerunt valetudinarium Dominae Nostrae a Perpetuo Succursu, Domus in Trinidad insula sanandis leprosis destinata, atque aliae similis generis institutiones. Ingens infirmorum numerus, praeter materialia subsidia et adsistentiam omnino maternam, sanitatem animae, valde pretiosiorem, recuperavit.

Graves et innumeras poenas, afflictiones et angustias in suo opere conservando, dilatando, evolvendo subire debuit fortis Famula Dei, quae profecto qualemcumque animam divexassent, sed Ipsa Dei voluntati omnino adhaerens, orationi innixa, insignem retulit victoriam, hoc lemma semper prae oculis habens: In Cruce vita. Huiusmodi difficultates et adversitates clariori ratione fecundam sanctitatis virtutem in eius vita ac opere tam benefico et salutari mirifice ostenderunt. « Ut animorum saluti plene provideatur, aiebat Dei Famula, sanctitas est omnino necessaria. En finis nostri laboris, ut verba Iesu ad suos discipulos directa adimpleantur: Pro eis ego sanctifico meipsum, ut sint et ipsi sanctificati in veritate » (Ioan., c. 17, v. 19). — « Oportet corda crucifixa naturae possidere, quae solum pro Iesu ac suis vivant animabus, in plena nostrum ac nostrarum utilitatum oblivione ». Christo confixa cruci, non amplius, iuxta Apostolum, sibi vivebat, sed carnem suam crucifigens, qualibet hora et quolibet momento fideliter divinae secundabat voluntati. Quali et quanto amore piae filiae Eam prosequerentur,

quanta aestimatione apud suos polleret moderatores, luculenter ex eo eruitur, quod nempe eadem ab anno 1866 ad 1904, septies suae Congregationis Generalis Antistita fuerit confirmata et sexies plenis suffragiis electa.

Tandem gravi ac diuturno labore consumpta ad tutandam ac dilatandam suam Congregationem, fervidissimo animarum zelo ac poenitentiae studio inflammata, Famula Dei, post gravissimum morbum, heroica patientia toleratum, Fidei remediis confortata, et Paradisi desiderio deflagrans, die 2 Februarii mensis anno 1907, octoginta et octo annos nata, ad sui Sponsi amplexum, prout praedixerat, hilariter evolavit, tot piarum Sororum lacrimis honestata.

Secuta pretiosa eius morte, sanctitatis fama qua adhuc vivens Ipsa potita fuerat, mirum in modum succrescere visa est. Quapropter dum eius filiae, nulla interposita mora, novis animabus materialia ac spiritualia fidei et caritatis subsidia diffundere pergunt, iuxta laudabile opus a matre conceptum; in dies magis magisque succrescit agmen tot devotorum, qui, admiratione referti, eamdem invocare consuescunt ut, ipsa intercedente, Deus bonorum omnium dator fidelibus in tot periculis et angustiis positis gratias largiatur. De opinione sanctitatis huius religiosae feminae in Curia Episcopali Ebroicensi, iuxta Decreta Urbani VIII, informativi adornati sunt processus, et Romam ad S. Rituum Congregationem anno 1935 transmissi.

Interim eadem S. Congregatio, sub die 19 Maii mensis 1939, decretum super scriptis Famulae Dei edidit. Quum vero omnia in promptu essent ad normam iuris, instante Revmo P. Benedicto Lenzetti O. P. huius Causae Postulatore legitime constituto, attentisque litteris postulatoriis quorumdam Emorum S. R. E. Cardinalium, plurium Revmorum Archiepiscoporum et Episcoporum, necnon Praepositorum generalium Ordinum aut Congregationum, Emus et Revmus Cardinalis Carolus Salotti, Episcopus Praenestinus, S. R. C. Praefectus et eiusdem Causae Relator, in Ordinariis sacrorum Rituum Congregationis comitiis, subsignata die ad Vaticanum coactis, sequens dubium discutiendum proposuit: *An signanda sit Commissio introductionis Causae, in casu et ad effectum de quo agitur?* Et Emi et Revmi Patres sacris tuendis Ritibus praepositi, post relationem ipsius Emi Ponentis, auditis etiam Officialium Praelatorum suffragiis scripto datis, nec non voce et scripto R. P. D. Salvatore Natucci, sanctae Fidei Promotore Generali, omnibus maturo examine perpensis, rescribendum censuerunt: *Affirmative,* seu *Signandam esse Commissionem introductionis Causae, si Sanctissimo placuerit.* Die 9 Aprilis 1940.

Facta postmodum de his Ssmo D. N. Pio Papae XII, per infrascriptum Cardinalem S. Rituum Congregationis Praefectum, relatione, Sanctitas Sua rescriptum eiusdem sacri Consilii ratum habens, propria manu signare dignata est Commissionem Introductionis Causae beatificationis et canonizationis Servae Dei Iosephinae Gand, in religione Sororis S. Dominici a Cruce, fundatricis Congregationis S. Catharinae Senensis et Tertio Ordine S. Dominici, die 17 Aprilis mensis anno 1940.

✠ C. Card. Salotti, Episcopus Praenestinus, *Praefectus.*

L. ✠ S.

H. Dante, *Substitutus.*

II

PARISIEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVAE DEI MARIAE EUGENIAE A IESU, FUNDATRICIS INSTITUTI SORORUM AB ASSUMPTIONE B. M. V.

SUPER DUBIO

An signanda sit Commissio Introductionis Causae, in casu et ad effectum de quo agitur.

Ut ex historicis documentis eruitur, incredibile dictu est, quot damna Gallicae Nationi obvenerint, quanta tunc fuerit rerum religiosarum iactura et magnum christifidelium detrimentum ex illa teterrima rerum politicarum seditione, quae, ceu turbo violentus, labente saeculo decimo octavo gallicas regiones subvertit. Verum, primo dimidio saeculi decimi noni, divina disponente gratia, factum est, ut veteres religiosi Ordines alacriter exurgerent, atque novae Congregationes assiduam operam suppeditarent in sanandis tot vulneribus, miserandum in modum, civili societati inflictis et Catholicam Ecclesiam indefesso moerore affligentibus.

Hasce inter Congregationes non ultimum locum occupat ea quae sub titulo Sororum ab Assumptione B. M. V. venit; quae praecipue in animo habuerat, ut christianae educationi iuventutis consuleret, civili societati nova virtutum germina procuraret, scientiam et Iesu Christi amorem constanter edoceret atque largiter propagare conaretur.

Anna Eugenia Milleret de Brou, huius Congregationis auctor, die 25 Augusti 1817, in civitate Metensi, in Gallia, ortum duxit. Eius pater rigidus ac severus, religiosas normas fere despiciens, liberalismum am-

plexus fuerat. Genitrix vero, et ipsa parum pietati addicta, dulcis erat et affabilis, et quin mentem converteret ad filiam in catholica fide efformandam, sollicita potius erat ut honestam ac strenuam feminam eandem efficeret. Prima eiusdem studia, eiusque primaeque lectiones, liberalis societatis Restaurationis contagio affecta fuerunt, quae, uti in alios, etiam in eius animum dubitationem et scepticismum induxerunt. Sed vigilantissimus Deus hanc praedilexit animam, et ei iam in prima synaxi, ad quam accessit in Nativitate Domini anno 1829, Dei lumine illustratae, et corde singulari laetitia repleto, suam vocationem aperte persentire fecit. Mox eam variis modis tentare coepit ut dolore maturam redderet et ab omnibus impedimentis segregaret. Nam gravi morbo correpta tredecim annos nata, incoepta studia interrupit, quibus postea sola et absque magistro vacare debuit; ob patris exortas pecuniarii commercii difficultates etiam paupertate laboravit; maximo tandem dolore fuit oppressa ob suae dilectae genitricis interitum, quae, aestivo tempore, anni 1832, asiatica lue correpta, animam Creatori reddidit.

Secuta genitricis morte, apud cognatos Parisiis Eugenia tres annos transegit cum maximo detrimento suae christianae vitae. Verum adhuc in fide ac pietate frigescens, corde dolore affecto, veritatem inquirens, confidenter exorabat, ac de sua futura felicique sorte Deum interrogare non cessabat. Cui Deus facile responsum et iuvamen exhibuit.

Anno Domini 1836, quadragesimali tempore, Parisiis in celeberrimo a Nostra Domina templo, publice sermones habebat perillustris P. Lacordaire. Tunc Eugenia, nulla interposita mora, ad audiendum clarum ac sapientem Oratorem accurrit, concepta spe, ut animae suae pacem atque menti lucem consequeretur. Revera, sublato quovis dubio, radians ac serena lux apparuit. Statim Divini Magistri suprema iura recognovit, officium scilicet eidem plene inserviendi et catholicae Ecclesiae veritates profitendi ubi et quomodo Deus voluisset. Ut huiusmodi voluntati plene adhaereret, memoratum oratorem interrogavit, qui ita respondit: « Ora et expecta ». — Expectans severioribus studiis, ab eodem Patre eidem indicatis, vacans, in oratione caeleste lumen invocare non desinebat.

Mense Martio, anno 1837, Eugeniae occurrit sacerdos Combalot, vir apostolico zelo repletus, qui iamdiu fundationem excogitaverat Congregationis iuvenum, quae curam habuissent edocendi puellas. Parisiis, in Ecclesia S. Eustachii in sacra confessione, Eugeniae Pater Combalot sua optata manifestavit, et tunc ipsa divinam voluntatem dignoscens, quantumvis perterrita, fiduciae divinae penitus innixa, Eius acquievit voluntati. Devicta prius paterna oppositione, ut vitae religiosae initiaretur et studiis vacaret ecclesiasticis, conventum Sororum Benedictinarum a

Ssmo Sacramento prius adivit; postea ad Institutum Visitationis Costae S. Andreae, in Delphinatu, accessit, ubi praeter severiora studia theologiae dogmaticae, moralis et sacrae Scripturae, praecipue exercitio virtutum, sanctae obedientiae praesertim et mortificationis incubuit.

Memoratus interim Combalot tres alias electas adolescentes invenerat; et opportuna capta occasione, Parisios Eugeniam revocavit ibique sub vespere diei 30 Aprilis anni 1839, quatuor praefatae adolescentes, novitiatum ingressae, salutari institutioni Congregationis Assumptionis sollertem dederunt operam: quae, favente Deo, valde in dies succrevit, suosque beneficos ramos luculenter adhuc propagat.

Enascentis Congregationis finis in eo erat, ut Sorores educationi puellarum liberalis illius aristocratiae consulerent, quae catholicam religionem maximo et iniquo odio despiciebat. Voluit itaque Eugenia, ut suae alumnae omnem doctrinae materiam aliis tradendam ipsae primae amplecterentur, praesertim latinum sermonem ad sacrae Scripturae, Theologiae ac Liturgiae thesauros degustandos. Probe autem agnoscens scientiam sine caritate inflare, tota in aedificando spirituale aedificium caritatis assidue incubuit claustralem quasi vitam suis filiabus imponens; nam vacare diutius orationi, recitationi Divini Officii, adorationi Ssmi Sacramenti, rigidiori obedientiae, austeriori poenitentiae, severiori mortificationi, demissae humilitati, nullatenus tamen omisso magisterio: haec eius vitae ratio.

Omnia in Christo instaurare cupiens, in iuventute educanda Iesu Christi missionem continuare exoptabat, puellarum animum ad virtutes omnes sectandas impellens, quam maxime satagens ut naturalibus dotibus supernaturalia dona maius decus darent et incrementum. In quo diuturno salutari opere multas perpessa est difficultates et luctas, quas omnes hilari semper spiritu ac magna animi fortitudine superavit. Singulari laetitiae sensu affecta fuit quando sua Congregatio die 11 Aprilis 1888 a Sancta Sede definitivam approbationem accepit. Tandem laboribus et angustiis oppressa, gravi tentata morbo, omnibus Ecclesiae remediis rite confortata, et suas filias ad omne opus bonum prosequendum hortata, in pace Christi die 10 Martii 1898 feliciter quievit, aeternum in caelo praemium receptura.

Fama sanctitatis, qua Soror Maria Eugenia a Iesu in vita pollebat, post eius obitum ita constanter invaluit, ut super ea inquisitiones ordinaria auctoritate confectae sint in Curia ecclesiastica Parisiensi, una cum tribus processibus rogatorialibus in dioecesibus Matritensi, S. Annae et Romana. Revisione scriptorum Servae Dei peracta, nihil obstare decretum est, die 1° Februarii 1939, quominus ad ulteriora procederetur.

Quare, instante R. P. D. Renato Fontenelle, Canonico Vaticano et huius Causae Postulatore, attentisque litteris postulatoriis quorumdam Emorum S. R. E. Cardinalium, plurium Rmorum Archiepiscoporum, Episcoporum atque Antistitum ex utroque Clero, aliorum virorum ecclesiastica vel civili dignitate praestantium, quibus accesserunt nonnullae Religiosae Moderatrices, Emus et Rmus Dominus Cardinalis Raphaël Carolus Rossi, Causae Ponens seu Relator, in ordinariis Sacrorum Rituum Congregationis comitiis subsignata die ad Vaticanas aedes coadunatis, sequens dubium discutiendum proposuit: *An signanda sit Commissio introductionis Causae, in casu et ad effectum de quo agitur.* Et Emi ac Rmi Patres sacris tuendis ritibus praepositi, post relationem eiusdem Emi Ponentis, auditis quoque Officialium Praelatorum votis, nec non scripto et voce R. P. D. Salvatore Natucci, Fidei promotore generali, omnibusque mature perpensis, rescribendum censuerunt: *Affirmative,* seu *Signandam esse Commissionem introductionis Causae, si Sanctissimo placuerit.* Die 9 Aprilis 1940.

Facta postmodum de his Sanctissimo Domino Nostro Pio Papae XII, qui antea et Causae Ponens fuerat, per infrascriptum Cardinalem Sacrae Rituum Congregationis Praefectum relatione, Sanctitas Sua rescriptum sacri Consilii ratum habens, propria manu signare dignata est Commissionem introductionis Causae Beatificationis Servae Dei Mariae Eugeniae a Iesu, in saeculo Eugeniae Milleret de Brou, fundatricis Instituti Sororum ab Assumptione B. M. V., die 17 Aprilis 1940.

✠ C. Card. Salotti, Episcopus Praenestinus, *Praefectus.*

L. ✠ S.

H. Dante, *Substitutus.*

III

PICTAVIEN.

CANONIZATIONIS BEATAE IOANNAE ELISABETH BICHIER DES AGES VIRGINIS, CONFUNDATRICIS CONGREGATIONIS FILIARUM A CRUCE, VULGO SORORUM S. ANDREAE.

SUPER DUBIO

An et de quibus miraculis, post indultam eidem Beatae ab Apostolica Sede venerationem, constet in casu et ad effectum de quo agitur.

« Si virtus ad beatam vitam nos ducit, ait S. Augustinus, nihil omnino esse virtutem affirmaverim, nisi summum amorem Dei » (De mor. Eccl., c. 15-25). Quo summo amore erga caelestem animarum Sponsum, Chri-

stum Iesum, ita Beata Ioanna Elisabeth ardenter, vigilanter et studiose ardebat, ut Eum in vel miserum, humilem, doloribus obrutum hominum videret. Inde illa animi magnitudo nulla circumscripta limitibus, qua distinctam voluit familiam a se conditam; inde inextinguibile illud studium se aliis impendendi, patiendi, moriendi cum Christo et pro Christo, quo factum est ut ubicumque et quoquo modo proximi saluti consuleret, morbis mederetur, christianae puellarum institutioni provideret. Condita enim per Beatam, ope et consilio Sancti Andreae Fournet, Congregatio, iam, ipsa vivente, quaquaversus diffusa, hodie Beatae Matris vestigia persequitur, et, favente Deo, innumeros profert salutis fructus. Divini autem favores et gratiae, quae per Servae Dei intercessionem referebantur patratae, ad beatificationis honores adduxerunt, qui Beatae Ioannae Elisabeth tributi sunt die 13 Maii mensis anni 1934. Eodem anno, resumpta ad Canonizationem causa est, et super binis sanationibus, quae praeternaturaliter evenisse dicebantur, invocato eiusdem Beatae auxilio, adornati sunt apostolici processus, de quorum vi iuridica die 22 Decembris ab hac Sacra Congregatione decretum est. Cum autem in antepraeparatoriis Comitiis, prior sanatio gravibus difficultatibus obnoxia videretur, alia suffecta est quae mense Octobri anni 1937 evenit.

Puella Gratiosa Dufau, sexdecim annos nata, duplex passa est trauma ob lapsum primum, ob automobilis currus impulsum alterum, quo eius columna vertebralis in quinta vertebri lumbari fracta est. Gravitas morbi, qui ab imperitis arte medica inanibus mediis per biennium productis interea curabatur, medentibus statim apparuit, qui licet initio incerti de diagnosi, seriori tamen tempore ex tabulis radiographicis certum examen ducentes, laesionem traumaticam, fracturam nimirum vertebralem concordi voce coniecerunt. Hisce in adiunctis cum salus ab humana arte in vanum quaereretur, ad caelestia auxilia tum parentes tum aegrota ipsa recurrendum duxerunt, et ad Beatam Ioannam Elisabeth novendialia inchoarunt. Die autem 8 Octobris 1937, quinta ab incoeptis novendialibus, puella in sanatorium fuit ducta, vehementibus adhuc excruciata doloribus. Ast noctu inter diem 10 et 11 eiusdem mensis, dum preces ferventius ad Beatam ingeminabat, repente sanatam se sensit, cum dolores in spina dorsuali evanuissent, sequenti ideo die e lectulo surgere potuit. Medicus a curatione et alii periti physici eam accuratissime explorantes, cum nullum morbi residuum invenissent, naturae viribus sanationem hanc tribui posse negaverunt: quibus et adlecti ab hac Sacra Congregatione medici concorditer adstipulati sunt.

Puellula Maria Raschi, vix septennis, ineunte mense Maio 1936 morbo

coepit tentari diphterico, qui in dies magis ac magis ingravescens et varias alias affectiones secum trahens, puerulam in extremum vitae agonem adduxit. Curantes enim medici Mariam diphtherite septica cum affectione renali, myocardica et meningea laborare concordi voce proclamarunt. Parentes vero, praesertim puellulae amita, quae inter filias Crucis adnumeratur, cum desperatam iam vidissent Mariae conditionem, de Beatae Ioannae Elisabeth reliquiis partem aegrotulae applicuerunt atque die 7 Iunii ad eamdem Beatam novendiales preces inchoarunt. Quibus vix absolutis repente hora quarta matutina diei 16 Iunii omnia morbi symptomata disparuere et puerula petita oblataque fercula voluptarie deglutivit. Periti physici a curatione et qui ex officio vocati sanationem hanc vires naturae praetergressam esse unanimi consensu affirmarunt.

De duabus his sanationibus iuxta morem in triplici iudicii sede disceptatum est: in antepraeparatorio coetu coram Revmo Cardinali Camillo Laurenti, tunc Causae Relatore, de sanatione puellae Mariae Raschi, die 15 Februarii 1938, et coram Revmo Cardinali Carolo Salotti, Episcopo Praenestin. et huius Causae nunc Ponente seu Relatore, de sanatione puellae Gratiosae Dufau, die 25 Iulii anno 1939; in praeparatorio vero coetu coram Revmis Cardinalibus diei 16 Ianuarii mensis huius anni; in generali tandem coram Sanctissimo D. N. Pio Papa XII, die 23 Aprilis anno 1940. In qua generali Congregatione idem Revmus Cardinalis Relator dubium proposuit discutiendum: *An et de quibus miraculis post indultam eidem Beatae ab Apostolica Sede venerationem constet, in casu et ad effectum de quo agitur.* Revmi Cardinales, Officiales Praelati et Consultores Patres suum quisque edidere suffragium, quo audito, Beatissimus Pater iudicium suum ita differendum censuit, ut spatium sibi et iis qui aderant superesset ad preces fundendas, quibus uberior divini luminis claritas in re tanti momenti praesto esset.

Laetissimam vero hanc elegit diem, qua caelestis Spiritus gaudiis perfundimur, feria nempe secunda Pentecostes; quocirca accersiri voluit Reverendissimum Cardinalem Carolum Salotti, Episcopum Praenestinum, Sacrae Rituum Congregationis Praefectum et huius Causae Ponentem seu Relatorem, nec non R. P. Salvatorem Natucci, Sanctae Fidei Promotorem Generalem, meque infrascriptum substitutum, et, Sacro pientissime litato, edixit: *Constare de duobus miraculis a Deo per Beatae* Ioannae Elisabeth Bichier des Ages *intercessionem patratis, videlicet de instantanea perfectaque sanatione puellae Gratiosae Dufau a fractura vertebrali: et de instantanea perfectaque sanatione puellulae*

Mariae Raschi a diphtherite septica cum affectione renali, myocardica et meningea.

Hoc autem decretum promulgari et in acta Sacrae Rituum Congregationis referri mandavit.

Romae, die 13 Maii anno Domini 1940.

✠ C. Card. SALOTTI, Episcopus Praenestinus, *Praefectus.*

L. ✠ S.

H. Dante, *Substitutus.*

IV

TRIFLUVIANEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVI DEI FRIDERICI JANSOONE, SACERDOTIS PROFESSI ORDINIS FRATRUM MINORUM.

SUPER DUBIO

An signanda sit Commissio Introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agiutr.

Inclitum Fratrum Minorum conditorem, Franciscum Assisiensem, in Palaestinam se contulisse, quo, fere biennio ante, aliquot alumnos miserat, qui Iesu Christi evangelium, ubi primum insonuit, praedicando propagarent, atque ex eo tempore ad nostra usque, sine ulla intermissione, Fratres Minores ibi mansisse, eisque Loca Sancta, quae in Catholicae Ecclesiae manus iure dominii et proprietatis cesserant, conservanda ac tuenda fuisse commissa, historia docet. Quae pariter docet Sodales hos sancto arduoque hoc munere non solum pie diligenterque functos fuisse, sed fortissime Ecclesiae iura contra omne genus molestias, sanguine quoque effuso, tutatos iugiter fuisse (cfr. Benedicti XV, Ap. Breve 4 Oct. 1918).

Ad tantum autem opus suffulciendum *Commissarii* ex eodem Ordine a Ministro Generali eliguntur, qui ubique terrarum pro Terrae Sanctae necessitatibus stipem colligant. Quos inter Servus Dei Fridericus Jansoone merito dicendus est praestitisse.

Ghyveldii, tunc Cameracen. Archidioecesis, modo Insulen., die 19 Novembris mensis, anno 1838, ex Petro Antonio et Isabella Bollengier honestis agricolis, novissimus ex novem filiis, Fridericus Cornelius Jansoone natus est, dieque 24 baptismi aquis ablutus. Pie domi educa-

tus, parentum curis plenissime respondit. Divina dape vix refici coeperat, quum ad sacerdotium se vocari sensit. Licet dilecto orbata esset marito, Isabella nulli pepercit industriae, nulloque impedimento detenta, tota fuit ut amantissimi filii optatis morem gereret. Quare in Hazebrouckensi Collegio prius eum locavit, in S. Mariae de Dunis postea, ut humanioribus studiis incumberet. Verum a studiorum cursu, in quibus primas ferebat, ob supervenientem familiae inopiam coactus fuit recedere, mercibusque vendendis viatoriam artem amplexatus, egentis familiae necessitatibus opitulari valuit. Matre demortua, in Ordinem Fratrum Minorum, vicesimum sextum agens annum, Ambiani ingressus est, sollemniaque vota die 26 Decembris anno 1865 nuncupavit.

Die 17 Augusti a. 1870 ad Sacrum Presbyteratus Ordinem rite promotus est. Vix sacerdos factus, dum franco-germanicum fureret bellum, militaris capellani munere sancte est functus.

Religiosis eius virtutibus perpensis, tironum vice magistri, magistri dein officium ei fuit concreditum. Novam Burdigalensem suae religionis domum fundavit, rexitque. Anno 1875 ad Terrae Sanctae missionem fuit destinatus, in qua tam naviter se gessit, ut triennio post Vicarius Custodiae Terrae Sanctae fuerit unanimi fratrum suffragio electus, postque triennium confirmatus, sive consodalium sive externorum, vel mahumetanorum, existimationem atque reverentiam virtutum nitore sibi concilians.

Ad stipem pro Sanctorum Locorum restauratione quaeritandam, Galliam Canadamque felici successu peragravit. Hierosolymam regressus sex per annos plurimis negotiis fuit distentus; quibus diligenter compositis, a Generali Ordinis Ministro revocatus, Canadam iterum anno 1888 missus est, ut in Dioecesi Trifluvianen. Commissariatum, quem vocant, Terrae Sanctae constitueret.

Commissum sibi munus quam diligentissime ad mortem usque adimplevit. Nec satis hoc ei fuit. Seraphici namque Patris spiritu repletus, non tantum Tertium Ordinem indefesse propagavit, sed in ipsam Minoriticam Familiam in Canada instaurandam efficacissime incubuit. Verbi Dei praedicationis sacramentique paenitentiae minister assiduus, innumeras animas aut a peccatorum caeno sublevavit, aut in perfectionis semitas adduxit. Omnibus omnia factus in proximorum bonum, nullam sibi concedens requiem, se impendit et superimpendit.

Aetate, laboribus, asperis paenitentiis atrocique morbo fractus, die quarta Augusti mensis, anno 1916, sancto Patri Dominico sacra, Ecclesiae sacramentis devotissime susceptis, Marianopoli, animam Deo reddidit.

Sanctitatis fama non defervente, annis 1927-1930 in Trifluvianensi Curia Ordinaria auctoritate constructus est processus, rogatoriales autem in Vicariatu Apostolico Aegypti et in Curia Insulensi fuerunt adornati.

Plures interim Postulatoriae Litterae Summo Pontifici Pio XI, fel. rec., oblatae sunt, nimirum a quatuor S. R. E. Cardinalibus, ab Apostolico Delegato Canadensi, a pluribus Archiepiscopis, Episcopis, Vicariis Apostolicis, Abbatibus, ab Ordinis Minorum Ministro Generali, a plurium Ordinum seu Congregationum Moderatoribus sive Moderatricibus, a Terrae Sanctae Custode, ab Excellentissimo primo Quebecensis Provinciae Administro, a Consiliis plurium civitatum Canadensium, a Studiorum Universitatibus, nec non a pluribus viris civili dignitate praestantibus.

Servatis itaque servandis, Rmo P. Fortunato Scipioni Ordinis Fratrum Minorum Postulatore Generali instante, subscriptus Cardinalis, S. R. C. Praefectus Causaeque Ponens seu Relator, in Ordinariis Sacrae huius Congregationis comitiis ad Vaticanum hesterna die habitis, dubium proposuit discutiendum: *An signanda sit Commissio Introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur.* Emi ac Rmi Patres, auditis tum Cardinalis Ponentis relatione, cum officialium Praelatorum suffragiis scripto latis, nec non R. P. D. Salvatore Natucci, Fidei Promotore generali, omnibus rite perpensis rescribendum censuere: *Affirmative,* seu *Signandam esse Commissionem Introductionis Causae, si Sanctissimo placuerit.*

Facta autem Ssmo D. N. Pio Papae XII, subsignata die, ab eodem Fidei Promotore generali relatione, Sanctitas Sua, Emorum Patrum rescriptum ratum habens, propria Manu *Commissionem Introductionis Causae Servi Dei* Friderici Jansoone signare dignata est.

Datum Romae, die 26 Iunii a. D. 1940.

✠ C. Card. Salotti, Episcopus Praenestinus, *Praefectus.*

L. ✠ S.

A. Carinci, *Secretarius.*

V

VICARIATUS APOSTOLICI TANANARIVEN.

BEATIFICATIONIS SEU DECLARATIONIS MARTYRII SERVI DEI IACOBI BERTHIEU, SACERDOTIS PROFESSI E SOCIETATE IESU, IN ODIUM FIDEI, UT FERTUR, INTERFECTI.

SUPER DUBIO

An signanda sit Commissio Introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur.

Divino praecepto obsequens: *Euntes in mundum universum praedicate Evangelium omni creaturae* (Mc., 16, 15) inclita Societas Iesu vel in ipsis sui primordiis missionales viros, s. Francisco Xaverio praeeunte, « dissitas gentes suavissimo Christi Regis imperio subiugandas transmisit, quem, non intermisso agmine, alii innumeri secuti sunt et in praesens sequuntur evangelicae veritatis praecones » (V. Epist. Ap. Pii Pp. XII: *Nosti profecto* ad Praep. Gen. S. I.), Christum daturi et sanguinem: ex quibus nonnulli tantum, speciminis ergo diceres, vel altarium honoribus condecorati sunt, vel divinae providentiae consilio ad hos properare videntur. Quos inter merito est accensendus Iacobus Berthieu, eiusdem Societatis Sacerdos professus.

In praedio Monlogis prope urbem Aurillac intra Sancti Flori dioecesis fines, die 27 Novembris anno Domini 1838, ex piissimis coniugibus Petro et Catharina Lamoure, agricolis, natus atque eodem die baptizatus est Iacobus. Infantia innocenter pieque transacta, Auriliaci, apud Fratres Christianarum Scholarum, studiis primum vacavit, dein in minori dioecesano seminario in oppido Pleaux, in maiori postea bonarum artium, philosophicis theologicisque disciplinis sedulo incubuit. Die 21 Maii a. 1864 Sacerdotio auctus est, perque novem annos Vicarii munere in paroecia Roannes impigre est functus.

Societatem Iesu in Tolosana provincia ingressus, ad Madacassiensem missionem anno 1875 missus fuit. In hac missione plures excoluit plebes, S. Mariae in insula, in Ambohimandroso, Tamatavo, Ambositro, Imeriae septentrionalis districtibus, demum in statione Anjozorofady, uberrimos animarum manipulos ubique colligens.

Plurimas contradictiones est passus, pluraque luctamina tum contra Protestantes sustinuit, cum contra idolorum cultores.

Quum vero Europaeorum dominium indigenae excutere continenter

molirentur, hac illac rebelliones exardescebant, quas Galli acriter reprimere conabantur. Anno 1896 gens quae *Menalamba* aut *Fahavalo* nuncupabatur rebellionem commovit. Hi homines non Europaeos tantum expellere, sed et Christianam religionem penitus delere cultumque idololatricum plene restituere satagebant. Incendia vastationes ruinas mortemque Christianis minantur nisi ad idolorum cultum redeant. Neophytae atque Cathecumeni hortationibus patris Berthieu, qui insectationem declinantibus socium se adiunxerat, roborati, non solum rebellibus, sed etiam militum, eorumque ducis praesertim, infami libidini totis viribus, heroice obsistunt.

Die 7 Iunii Christiani validi sequi coguntur milites, senibus corporeque invalidis suo casui permissis, quibuscum p. Berthieu caritatis et humanitatis causa pedes incedebat. Hi a militibus derelicti in vicum Ambohibemasoandro, se recipiunt. P. Berthieu, humaniter a gubernatore hospitio excipitur, at sequenti die a rebellibus Ménalamba, oppidum invadentibus, captus et caesus ad sanguinem, ad oppidum usque Ambiatibe crudeliter raptatur, contumeliis afficitur, exprobraturque quod divortium damnaret, preces doceret ut populum deciperet, iramque idolorum contra eumdem populum lacesseret, qui idcirco, sua libertate privatus, sub externo dominio ingemiscit.

Nocte properante, extra oppidi septa, missilibus ictibus Servum Dei orantem occidunt, eiusque corpus in Mananara flumen proiciunt.

Quod ipse martyrio coronatus occubuerit, illius regionis christiani praedicant; martyrii itaque fama quae statim erupit, post fere quadraginta annos virescit adhuc. Martyrii famae virtutum praeconium adicitur nec signa desunt gratiarum per Servi Dei invocationem obtentarum, quae omnia constant ex actis.

Verum etsi utraque haec fama, martyrii nimirum atque virtutum, apud Christianos vivax erat, variis de causis iuridicae auctoritate ordinaria inquisitiones nonnisi anno 1917 inceptae sunt, perfectaeque anno 1935.

Interim plures postulatoriae litterae beatissimo Patri porrectae sunt a piae memoriae Cardinali Verdier, tunc Archiepiscopo Parisiensi, a pluribus Episcopis, a Vicariis Apostolicis Madacassiensibus, praecipue vero a R. P. D. Stephano Fourcadier, intra cuius vicariatus fines, servus Dei gloriosam mortem oppetiit, nec non ab aliis Vicariis seu Praefectis Apostolicis, Generalibus Moderatoribus Congregationum Missionis S. Vincentii a Paulo et Spiritus Sancti, religiosarum communitatibus, Seminariis, paroeciis, unionibusque laicalibus. Speciali vero mentione est digna epistola Petri Ramahatra, viri e regio sanguine Principis.

Quum itaque omnia de iure servanda parata essent, instante Revmo P. Carolo Miccinelli Societatis Iesu generali Postulatore, die 25 Iunii anni huius, subscriptus Cardinalis Carolus Salotti, Episcopus Praenestinus, S. R. C. Praefectus ac insimul Causae Ponens seu Relator, in Ordinario sacrae huius Congregationis coetu, Dubium proposuit discutiendum : *An signanda sit Commissio Introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur,* et de more de ea retulit. Emi ac Revmi Cardinales, relatione hac audita, nec non auditis Officialium Praelatorum suffragiis scripto datis, audito quoque R. P. D. Salvatore Natucci Fidei Promotore generali, omnibus mature perpensis, respondere censuerunt : *Affirmative,* nempe : *Signandam esse Commissionem Introductionis Causae eiusdem Servi Dei, si Ssmo placuerit.*

Infrascripto autem die Ssmo D. N. Pio Papae XII ab eodem generali Promotore facta relatione, Sanctitas Sua, Sacrae Congregationis rescriptum ratum habens, propria manu Commissionem Introductionis causae Servi Dei Iacobi Berthieu signare dignata est.

Datum Romae, die 26 Iunii a. D. 1940.

✠ C. Card. Salotti, Episcopus Praenestinus, *Praefectus.*

L. ✠ S.

A. Carinci, *Secretarius.*

APPENDIX

VICARIATUS URBIS TRIBUNAL

Citatio edictalis

ROMANA

NULLITATIS MATRIMONII (RUBEO-DAMIANI)

Cum ignoretur locus actualis commorationis domini Dominici Damiani, Erasmi filii, nati in *Tornareccio* (Theatinae archidioecesis), rei conventi in causa, eumdem citamus ad comparendum in sede Tribunalis regionalis latialis (via della Pigna 13-*a*, Roma) die 11 mensis Decembris anno 1940, hora decima, ad reddendam iudicialem depositionem.

Excmi locorum Ordinarii, Revmi Parochi et fideles quicunque, notitiam habentes de loco commorationis praedicti Dominici Damiani, ipsum de hac nostra edictali citatione monere ne omittant.

Ex Cancellaria Tribunalis, die 24 Octobris 1940.

B. De Felicis, *Officialis Curiae.*

C. Chiesa Bini, *Cancellarius.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Venerdì, 15 novembre 1940, il Santo Padre ha ricevuto in solenne Udienza Sua Eccellenza il Signor Dott. BASILIO GRIGORCEA, Inviato Straordinario e Ministro Plenipotenziario di Romania, per la presentazione delle Lettere Credenziali.

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 29 ottobre 1940, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si è adunata la S. Congregazione dei Riti *preparatoria*, nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali, i Revmi Prelati Officiali e Consultori teologi hanno discusso sopra due miracoli che si asseriscono operati ad intercessione della Ven. Serva di Dio Maddalena Marchesa di Canossa, fondatrice dell'Istituto delle Figlie della Carità.

Martedì, 12 novembre 1940, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si è adunata la S. Congregazione dei Riti *ordinaria*, nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali ed i Revmi Prelati Officiali hanno discusso sugli scritti dei Servi di Dio:

1) Pio Papa X.

2) Pietro Olivaint, sacerdote professo della Compagnia di Gesù, e Compagni, uccisi in odio alla fede.

3) Domenico della Madre di Dio, sacerdote professo della Congregazione dei Chierici Scalzi della Ssma Croce e Passione di N. S. G. C., « Passionisti ».

4) Pio Brunone Lanteri, fondatore della Congregazione degli Oblati della B. V. M.

5) Augusto Czartoryski, della Pia Società di S. Francesco di Sales, « Salesiani ».

6) Stefano da Adoain, sacerdote professo dell'Ordine dei Minori Cappuccini.

7) Giuseppe Freinademetz, sacerdote della Società del Verbo Divino.

8) Fratel Policarpo, primo Superiore dell'Istituto dei Fratelli del Sacro Cuor di Gesù.

9) Maria Maddalena Bentivoglio, monaca professa del Second'Ordine di San Francesco.

10) Benedetta Frassinello Cambiagio, fondatrice delle Suore di Nostra Signora della Provvidenza.

11) Maria Catarina di Santa Rosa, Troiani, fondatrice delle Suore Missionarie di Egitto.

12) Camilla di Gesù Bambino, monaca professa dell'Ordine dei Carmelitani Scalzi.

13) Emilia Schneider, della Congregazione delle Figlie della Croce.

14) Maria Teresa Ledókowska, fondatrice del Sodalizio di San Pietro Claver.

15) Emanuele Maurizio d'Alzon, fondatore degli Agostiniani dell'Assunzione.

Martedì, 19 novembre 1940, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si è adunata la S. Congregazione dei Riti *ordinaria particolare,* con l'intervento degli Emi e Revmi Signori Cardinali e dei Revmi Prelati Officiali, per discutere:

I. Sul non culto dei Servi di Dio:

1) Maria Eugenia di Gesù; fondatrice dell'Istituto delle Suore della Assunzione.

2) Giuseppina Gand, o Suor San Domenico della Croce, fondatrice della Congregazione di S. Caterina da Siena, del terz'Ordine di S. Domenico.

II. Sulla validità dei Processi dei Servi di Dio:

1) Sopra i miracoli del Beato Michele Garicoits, Confessore, fondatore della Congregazione dei Sacerdoti del S. Cuore di Gesù di Bétharram.

2) Sopra i miracoli della Beata Giovanna di Valois, Regina di Francia, fondatrice dell'Ordine della Annunziazione di Maria Ssma.

3) Sul martirio della Serva di Dio Maria Goretti, vergine secolare.

4) Sulle virtù del Servo di Dio Placido Riccardi, sacerdote professo dell'Ordine di San Benedetto.

5) Sulle virtù della Serva di Dio Paolina Luigia de Pinczon du Sel, fondatrice delle Suore di N. S. della Grazia di S. Tommaso da Villanova.

6) Sulle virtù del Servo di Dio Michelangelo Longo da Marigliano, sacerdote professo dell'Ordine dei Frati Minori.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Breve Apostolico in data 30 novembre 1938 il Papa Pio XI di s. m. si degnò nominare l'Illmo e Revmo Monsig. Francesco Vrebac, dell'archidiocesi di Sarajevo, *Prelato Domestico di Sua Santità.*

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

1 ottobre 1940. L'Emo e Revmo Signor Cardinale Federico Tedeschini, *Protettore del Pontificio Collegio Canadese in Roma.*

19 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Federico Tedeschini, *Protettore dell'Istituto delle Suore della Ssma Trinità* (Madrid).

4 novembre » L'Illmo e Revmo Monsig. Giuseppe Rossi, *Prelato Chierico della Reverenda Camera Apostolica.*

Assistenti al Soglio Pontificio:

11 giugno 1940. S. E. Revma Monsig. Tiberio Salazar Herrera, Arcivescovo di Medellin.

10 ottobre » S. E. Revma Monsig. Edmondo Heelan, Vescovo di Sioux City.

27 » » S. E. Revma Monsig. Matteo Giuseppe Brodie, Vescovo di Christchurch.

Protonotari Apostolici ad instar participantium:

9 luglio 1940. Monsig. Michele Kolossváry, della diocesi di Vácz.

10 ottobre » Monsig. Angelo Rossini, dell'archidiocesi di Ravenna.

28 » » Monsig. Patrizio Haydon, della diocesi di Goulburn.

» » » Monsig. Tommaso Phelan, dell'archidiocesi di Sydney.

Prelati Domestici di Sua Santità:

4 marzo 1940. Monsig. Donaldo Alessandro MacLean, della diocesi di Victoria nell'Isola Vancouver.

28 settembre » Monsig. Giacomo Rossi, della diocesi di Tortona.

3 ottobre » Monsig. Bartolomeo Grasso, dell'archidiocesi di Genova.

5 » » Monsig. Gregorio Falconieri, della diocesi di Nardò.

10 » » Monsig. Dionigi Imesch, della diocesi di Sion.

12 » » Monsig. Lorenzo Venanzini, dell'archidiocesi di Camerino.

» » » Monsig. Ercole Manzoli, dell'archidiocesi di Ferrara.

27 » » Monsig. Giacomo Hannan, dell'archidiocesi di Sydney.

» » » Monsig. Edmondo O'Donnell, della medesima archidiocesi.

» » » Monsig. Eris O'Brien, della medesima archidiocesi.

» » » Monsig. Patrizio O'Donnell, della medesima archidiocesi.

» » » Monsig. Pietro Giacomo Murphy, della medesima archidiocesi.

» » » Monsig. Edoardo O'Donnell, della medesima archidiocesi.

27 ottobre 1940. Monsig. Riccardo Collender, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Giovanni Martin, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Edoardo O'Brien, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Patrizio Doherty, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Giovanni O'Driscoll, della medesima archidiocesi.

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici in data 30 novembre 1938, il Papa Pio XI di s. m. si degnò conferire:

Al sig. Filippo Premužić, dell'archidiocesi di Sarajevo, la *Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile.*

Al sig. Andrea Cekada, dell'archidiocesi di Sarajevo, il *Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile.*

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di conferire:

La Gran Croce dell'Ordine Piano:

24 ottobre 1940 A S. E. il sig. Conte Wladimiro d'Ormesson, già Ambasciatore di Francia presso la Santa Sede.

La Commenda con Placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

7 ottobre 1940. Al sig. dott. Guido Palmardita, dell'archidiocesi dell'Aquila.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

16 ottobre 1940. Al sig. Ercole Calzolari, dell'archidiocesi di Bologna.
24 » » Al sig. Giuseppe Vercellotti (Roma).
7 novembre » Al sig. Giuseppe Gnecchi Ruscone, dell'archidiocesi di Milano.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

12 ottobre 1940. Al sig. rag. Plinio Paielli (Roma).
14 » » Al sig. Rodolfo Csordas, della diocesi di Vácz.
22 » » Al sig. Carlo Frola, della diocesi di Acqui.
27 » » Al sig. dott. Giorgio J. Doyle, della diocesi di Brooklyn.
» » » Al sig. Giuseppe H. Burkhard, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Pietro Paolo Prunty, della medesima diocesi.
» » » Al sig. dott. Franklin M. Tomlin, della medesima diocesi.

La Gran Croce dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

4 ottobre 1940. A S. E. il sig. Raffaele Belaúnde y Diez Canseco (Perù).

La Commenda dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

12 ottobre 1940. Al sig. Luigi Damiani (Roma).
14 » » Al sig. Amedeo Tartaglia, dell'archidiocesi di Napoli.
21 » » Al sig. Conte Ippolito Calini, della diocesi di Brescia.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

14 ottobre 1940. Al sig. Ansgaro Kammermayer, dell'archidiocesi di Strigonia.
27 » » Al sig. ing. Giuseppe Chiarello, della diocesi di Adria.
» » » Al sig. Giuseppe D. McGrath, dell'archidiocesi di Los Angeles.
» » » Al sig. Alfredo J. Bayer, della medesima archidiocesi.
3 novembre » Al sig. Edoardo T. Foley, della medesima archidiocesi.
9 » » Al sig. Andrea Gaudenzi, della diocesi di Amelia.

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti Soprannumerari di S. S.:

22 giugno 1939. Monsig. Pietro Vigorita, della diocesi di Lacedonia.
23 novembre » Monsig. Adalberto Kováč, della diocesi di Scepusio.
14 dicembre » Monsig. Francesco Skyčák, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Ignazio Lihosith, della medesima diocesi.
4 gennaio 1940. Monsig. Melchiorre Zeleny, della diocesi di Cassovia.
16 maggio » Monsig. Alessandro McAulay, della diocesi di Charlottetown.
18 luglio » Monsig. Tommaso Barry, dell'archidiocesi di Sydney.
» » » Monsig. Geraldo Bartlett, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Tommaso Cahill, della diocesi di Sandhurst.
» » » Monsig. Guglielmo Clark, dell'archidiocesi di Sydney.
» » » Monsig. Patrizio Crowley, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Gualtiero Hurley, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Giovanni McCooe, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Giovanni McDonald, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Giovanni Muirhead, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Giacomo Norris, della medesima archidiocesi.

18 luglio 1940. Monsig. Riccardo O'Regan, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Giovanni Toohey, della medesima archidiocesi.
19 settembre » Monsig. Mosè Malpiedi, dell'archidiocesi di Camerino.
3 ottobre » Monsig. Abaco Carloni, della diocesi di Amelia.
» » » Monsig. Ireneo Bassi, della diocesi di Pavia.
» » » Monsig. Rinaldo Nascimbene, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Luigi Sacchi, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Emanuele Boizas López, della diocesi di Zamora (Messico).
6 » » Monsig. Angelo Martinelli, della diocesi di Bergamo.
» » » Monsig. Luigi Bassi, dell'archidiocesi di Ferrara.
» » » Monsig. Camillo Bedeschi, della medesima archidiocesi.
24 » » Monsig. Giovanni Száva, dell'archidiocesi di Agria.

Cameriere Segreto Soprannumerario di Spada e Cappa di S. S.:

22 agosto 1940. Il sig. Conte Lorenzo Paolozzi, della diocesi di Chiusi.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S.:

14 dicembre 1939. Monsig. Antonio Richter, dell'amministrazione apostolica di Tirnavia Slovacca.
3 ottobre 1940. Monsig. Luigi Buonfrate, della diocesi di Lecce.
» » » Monsig. Luigi Capelli, della diocesi di Pavia.
» » » Monsig. Egidio Cavioni, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Pietro Costadoni, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Aristide Falnecher, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Angelo Mariani, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Emilio Ripa, della medesima diocesi.

Cameriere d'onore soprannumerario di Spada e Cappa di S. S.:

9 settembre 1939. Il sig. Carlo Bronzuoli, dell'archidiocesi di Firenze.

Camerieri d'onore extra Urbem *di S. S.:*

12 settembre 1940. Monsig. Carlo Cambiano, della diocesi di Como.
» » » Monsig. Angelo Cattaneo, della medesima diocesi.

NECROLOGIO

7 novembre 1940. Monsig. Massimiliano Crespo, Arcivescovo di Popayán.
9 » » Monsig. Stefano Alencastre, Vescovo tit. di Arabisso.

SACRA CONGREGATIO RITUUM

PAG.

I. *Ebroicen.* – Decretum introductionis causae beatificationis S. D. Iosephinae Gand seu Matris Sancti Dominici a Cruce, Fundatricis Congregationis S. Catharinae Senensis e Tertio Ordine S. Dominici. – *17 Aprilis 1940* 507

II. *Parisien.* – Decretum introductionis causae beatificationis S. D. Mariae Eugeniae a Iesu, Fundatricis Instituti Sororum ab Assumptione B.M.V. – *17 Aprilis 1940* 510

III. *Pictavien.* – Decretum de miraculis pro canonizatione B. Ioannae Elisabeth Bichier des Ages Virginis, Confundatricis Congregationis Filiarum a Cruce, vulgo Sororum S. Andreae. – *15 Maii 1940* 513

IV. *Trifluvianen.* – Decretum introductionis causae beatificationis S. D. Friderici Janssoone, Sacerdotis professi Ordinis Fratrum Minorum. – *26 Iunii 1940* 516

V. *Vicariatus Apostolici Tananarivен.* – Decretum introductionis causae beatificationis seu declarationis martyrii S. D. Iacobi Berthieu, Sacerdotis professi e Societate Iesu, in odium fidei, ut fertur, interfecti. – *26 Iunii 1940* 519

APPENDIX

VICARIATUS URBIS TRIBUNAL

Citatio edictalis: Romana. – Nullitatis matrimonii (Rubeo-Damiani). – *24 Octobris 1940* 522

DIARIUM ROMANAE CURIAE

I. Udienza solenne 523
II. Sacra Congregazione dei Riti: *Varie* . 523
III. Segreteria di Stato: *Nomine* e *Onorificenze* 524
IV. Necrologio 528

	Roma L.	Italia L.	Estero L.
S. ROMANAE ROTAE DECISIONES seu sententiae quae prodierunt anno 1932 cura eiusdem S. Tribunalis editae. Vol. XXIV. Typis Polyglottis Vaticanis MDCCCCXXXX. In-8°, pag. VIII-604	60 —	63 —	69 —
COSTANTINI CELSO - Arciv. tit. di Teodosia, Segretario della Sacra Congr. de Propaganda Fide **L'ARTE CRISTIANA NELLE MISSIONI** *MANUALE D'ARTE PER I MISSIONARI* Vol. II della Collezione *Urbaniana*. In-8°, pag. 430, con numerose illustrazioni nel testo	25 —	28 —	33 —
DE RELIGIOSIS, ad normam Codicis Iuris Canonici, edidit P. Timotheus Schaefer O. F. M. C. Editio tertia aucta et emendata. 1940. In-8°, pp. 1370	94 —	97 —	106 —
NORMAE pro exsequendis Litteris Apostolicis *Qua cura* die 8 decembris 1938 Motu Proprio datis. Pp. 4 (Sacra Congregatio de disciplina Sacramentorum)	0,60	0,70	0,85
ORDO DIVINI OFFICII recitandi sacrique peragendi iuxta kalendarium Universalis Ecclesiae pro anno Domini 1941	3 —	3,50	4 —
NORMAE pro Constitutionibus Congregationum Iuris Dioecesani a S. Congregatione de Propaganda Fide dependentium — 1940.	5 —	5,50	5,75
STATUTI che devono osservarsi dalle Suore Esterne dei Monasteri delle Monache di qualunque Ordine	1 —	1,20	1,25
S. GIOVANNI BATTISTA NELL'ARTE di R. PLUS, S. I. Versione dal francese del Dr. D. FRANCINI. – In-4° (cm. 33×25). Edizione di lusso in carta grevissima speciale. Sopracopertina in tricromia riproducente «Il Cristo in Croce» di Mattia Grünewald. Pp. 56 di testo, 123 artistiche illustrazioni fuori testo e indice (gr. 1600).	80 —	88 —	98 —

Veneunt Romae apud Admin. Commentarii Officialis "Acta Apostolicae Sedis"
(*Libreria Vaticana – Città del Vaticano — c/c postale N. 1-16722*)

MONITUM *Omnes - qui nostrum "Acta Apostolicae Sedis,, Commentarium officiale emunt pacti, quibus mense decembri 1940 nomine exoluant et denuo subnotandi voluntas est - ut quam primum subscribant rogantur, ne ilidem ullam intuito pro anno 1941 fasciculorum, volumen XXXIII complectentium, mora patiatur.*

In renovanda vero subnotatione ut alterum ex fasciculorum schedulis externis mittant, vel numeros designent nomini ipsi praepositos socii iterum rogantur.

Pro Italia L. 35 — Extra Italiam L. it. 55 —

Editio novissima:

INDEX LIBRORUM PROHIBITORUM

SS.MI D. N. PII PP. XII

IUSSU EDITUS

ANNO MCMXL

Cartonato,	in Roma L. 12 —	in Italia L. 13 —	Estero L. 14,50
In tela,	» L. 15,50	» L. 16,50	» L. 18 —

Il Mappamondo cinese del P. Matteo Ricci S. I. (Terza edizione — Pechino, 1602) conservato presso la Biblioteca Vaticana. Commentato, tradotto e annotato dal P. Pasquale M. D'Elia S. I.... Con XXX tavole geografiche e 16 illustrazioni fuori testo. 1938. pp. XXVI, 275. ritr., 46 tav. (facs.) 58×44 cm. L. 1800 —

La Carta dei paesi danubiani e delle regioni contermini di Giacomo Gastaldi (1546) riprodotta dall'unico esemplare conosciuto, conservato nella Biblioteca Vaticana, con un commento illustrativo di Roberto Almagià. 1939. pp. 19. ritr., 5 tav. (facs.) 47×65 cm.
Sciolta: L. 80—. Legata L. 125 —

Jerphanion Guillaume, de S. J. **Les miniatures du manuscrit syriaque N. 559 de la Bibliothèque Vaticane.** XXV planches en phototypie et III en couleurs, 55 illustrations dans le texte. 1940. pp. VIII, 131, [2]. 55 ill., 28 tav. (3 color.) 48×37 cm. L. 400 —

Codices Ferrajoli. Tomus I. **Codices 1-425,** recensuit F. A. Berra. 1939. pp. [4], 898. L. 330 —

Codices aethiopici Vaticani et Borgiani, Barberinianus 3 Rossianus 865, recenserunt S. Grébaut... et E. Tisserant. Pars prior. Enarratio codicum. 1935. pp. XIX, 863. L. 250 —. Pars posterior. Prolegomena, indices, tabulae. 1936. pp. 131 [2]. 20 tav. (facs.). L. 60 —
I due volumi venduti insieme L. 300

Codices armeni Bybliothecae Vaticanae Borgiani Vaticani Barberiniani Chisiani, schedis **Fred. Cornwallis Conybeare** adhibitis recensuit E. Tisserant, 1927. pp. XIX. 395. L. 200 —

Codices Coptici Vaticani Barberiniani Borgiani Rossiani. Tomus I. **Codices coptici Vaticani,** recensuerunt A. Hebbelynck... et A. Van Lantschoot. 1937. pp. XXXV, 698. L. 300 —

Codices manuscripti graeci Ottoboniani Bibliothecae Vaticanae descripti... recenserunt E. Feron et F. Battaglini. 1893. pp. LXIII, 303 [1]. L. 80 —

Venunt Romae apud Admin. Commentarii Officialis "Acta Apostolicae Sedis,,
(*Libreria Vaticana - Città del Vaticano — °/. postale N. 1-16722*)